

KS. JAROSŁAW STOŚ

## Edycja traktatu Jakuba z Paradyża „*Colloquium hominis ad animam suam*”

### 1. WPROWADZENIE DO EDYCJI

#### A. INCIPIT

„*Verbum secretum mihi est ad te, o sponsa, summi regis filia, anima mea, eiusdem regis insignita imagine*”

#### B. PROBLEM AUTORSTWA

We wszystkich znanych rękopisach autorstwo tego dziełka niezmiennie przypisywane jest Jakubowi z Paradyża. Występuje ono zawsze z innymi traktatami tego autora (najczęściej z *Igniculus devotionis*). Już w pierwszej bibliografii pism Jakuba, dokonanej na podstawie pracy Jana Volprechta (Iohannes Volparti) z Heiligenstadt przez benedyktynów z Reinhausen w 1487 r. jest umieszczony na ostatnim miejscu traktat *Colloquium hominis ad animam suam*<sup>1</sup> O lekturze tego tekstu, jako dzieła Jakuba z Paradyża, w połowie XV stulecia wspominają też kroniki klasztorów w Hildesheim (1463), Kassel (1461), Klein Burlo (1468).

#### C. DATA POWSTANIA

Dziełko niewątpliwie napisane w czasie pobytu Jakuba w Erfurcie. Początkowo podawano za J. Fijałkiem datę powstania rok 1464, dzisiaj przyjmuje się za D. Mertensem przełom 1446/1447 r. (np. rękopis w 272 z Kolonii zawierający *Colloquium hominis* opatrzony jest datą 1455 r.)<sup>2</sup>

#### D. RĘKOPISY

Znanych jest 16 rękopisów zawierających traktat *Colloquium hominis ad animam suam*:

---

<sup>1</sup> Por. D. Mertens. *Untersuchungen zur Rezeption der Werke des Kartäuser Jakob von Paradies (1381-1465)* Göttingen 1976 s. 153.

<sup>2</sup> Por. J. Fijałek. *Mistrz Jakub z Paradyża i Uniwersytet Krakowski w okresie Soboru Bazylejskiego*. T. 2. s. 279 oraz D. Mertens. *Tamże* s. 36-43.

- Berlin, SB Cod. Theol. Qu. 349, f. 452v i n.
- Dresden, Landesbibl. Cod. P. 42, f. 85v-94r.
- Innsbruck, UB Cod. 633, f. 255v-276r.
- Köln, StA Cod. W. Fol. 272, f. 144a-163d.
- Kopenhaga, KB Cod. Kgl. Fol. 78, f. 191r-198r.
- Leningrad, SB Cod. Q.I, f. 84b-95b.
- Lübeck, StB Cod. Theol. Fol. Lat. 64, f. 33v-42r.
- Lüneburg, StB Cod. Theol. Fal. 65, f. 103b-114a.
- Mainz, StB Cod. I, 171, f. 62v-75r.
- Münster, UB Cod. 82, f. 120v-129r.
- Münster, UB Cod. 165, f. 170r-181v.
- Nürnberg, StB Cod. IV. 42, f. 84c-95b.
- Pelplin, Sem. Duch. Cod. 285, f. 8-20.
- Trier, StB Cod. 646, f. 189r-203.
- Wolfenbüttel, Herzogsbibl. Cod. 343 (Helmst. 309), f. 294r-303r.
- Wolfenbüttel, Herzogsbibl. Cod. 3329, f. 118r-129r.<sup>3</sup>

Edycja niniejszego traktatu została przygotowana na podstawie dwóch rękopisów:

- z Biblioteki Miejskiej w Trewirze, Cod. 646/869, f. 189-203v = T i
- z Biblioteki Seminarium Duchownego w Pelplinie, Cod. 285, f. 8-20 = P.

Choć pełne wydanie krytyczne na podstawie wszystkich dostępnych rękopisów byłoby najcenniejsze, to jednak i *editio simplex* udostępniając tekst dla badaczy średniowiecza wydaje się przedsięwzięciem pożytecznym.

Rękopisy, którymi posłużono się przy niniejszej edycji, przepisane w połowie XV w., ze względu na bliskość czasową z powstaniem oryginału (1446/1447) zdają się być źródłem wiarygodnym. Rękopis trewirski oznaczony w aparacie krytycznym symbolem „T” jest starszy, kompletny, zawiera mniej błędów i ten przyjęto za podstawę wydania. Natomiast rękopis pelpliński, dla którego przyjęto symbol „P” jest uszkodzony (mianowicie brakuje dwóch pierwszych kart f. 7r i 7v oraz kolejnych dwóch następujących po f. 17r), zawiera więcej błędów i pełni rolę uzupełniającą oraz pomocniczą. Również pod względem językowym poprawniejszy jest rękopis trewirski.

---

<sup>3</sup> Spis wszystkich dzieł przypisywanych Jakubowi z Paradyża podaje: S.A. Porębski. *Textus et studia historiam theologiae in Polonia excoltae spectantia*. Vol. 5. Warszawa 1978 s. 31-136.

Traktat podzielony jest na pięć rozdziałów, które poprzedza wprowadzenie, a kończy *Oratio finalis*. Numeracja rozdziałów pochodzi od wydawcy. Obydwa rękopisy napisane zostały starannie i zawierają na marginesach tylko niewielką ilość uwag lub poprawek. Wszelkie różnice między obydwoma kodeksami podane są w aparacie krytycznym.

#### E. OZNACZENIA I SKRÓTY UŻYTE W APARACIE I W TEKŚCIE

< >	- addidi
corr.	- correxi
corr.ex.	- correctum ex
exp.	- expunxit
exp.m.pr.	- expunxit manu prima
ex marg.ins.	- ex margine inserui
om.	- omisit
suprascr.	- suprascript

#### F. ZWIĘZŁE OPISY RĘKOPISÓW

Trewir, Biblioteka Miejska, Cod. 646/869, Łac. XV w., 14,5 x 20,5 x 6 cm, papier in folio, k. 231.

- f. 1-21v Tractatus custodia oris appellatus. Inc.: „Pone, Domine - labiis meis”, Ps 142.
- f. 21v-22v Quaestio magistri Ioh. Gerson, canc. par., de detractone. Inc.: „Quaeritur, an mala loqui”
- f. 22v Uzupełnienie (dodatek) z Lactancjusza
- f. 23-23v Symbolika palca wskazującego miejsce w Biblii, prawdopodobnie dyspozycje do kazań. f. 23 Manus Dei dextera, et habet quinque digitos. f. 23v Manus dyaboli sinistra quinque habens digitos.
- f. 24-26v Sermo de vera et falsa poenitencia. Inc.: „Per unam viam venient ad te, per septem fugient a facie tua”
- f. 26v Krótki dodatek na temat Ks. Wyjścia 14; Inc.: „State et videte magnalia Dei”.
- f. 27-28 Fragmentaryczne odpisy tekstów wcześniejszych jako próby piśmiennicze kopisty.
- f. 28v ...in vico s. Theodorici 30 loynstreich.
- f. 29v-30 Epistola. Inc.: „Reverendissemę in Christo; quia corpore dividimur”.

- f. 33-36 Tractatus de visione divinae essentiae fratris Thomae. Inc.: „Capitulum, quod beati in patria vident divinam essentiam: Perfectio cuiuslibet rei”
- f. 41-45 Inc.: „Circa praedicata Deo attributa est primo notandum, quod nomina significantia Deum sunt quadruplicia”
- f. 45-49 De communicatione ydeomatum. Inc.: „Sequitur de praedicatis verbo attributis ratione assumptae humanitatis”
- f. 49-51v Thomas de Aquino de summo bono. Inc.: „Cum in omni specie entis”
- f. 53-74 Tractatus mag. Henrici Gorkem de divinis nominibus Novem tuum et memoriale tuum in desiderio animae. Inc.: „Verbum istud flos prophetarum - in capitali themate”
- f. 75-83 Tractatus Iohannis Gerson de pollutione nocturna. Inc.: „Dubitatum est apud me”
- f. 83v-102v Considerationes sive libelli mag. Ioh. Gerson de mystica theologia. Inc.: „Aliqua est theologia mystica”
- f. 102v-105v Sermo magistri Iohannis Gerson de tribulationibus ex defectuoso ex ecclesiasticorum regimine adhuc Ecclesiae pro venturis et de signis earundem ex sententia pronuntiatus de conceptione b. virginis in consilio Constanciensi. Inc.: „Dominus dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet filium”
- f. 106-110v Epistola Iohannis Rode de Homberch. Discerto viro. Inc.: „Discerto viro multa bonitate pollenti, domino Henrico, Olomanensis Ecclesiae”
- f. 110v-141 Doctrinae sequentes sunt observandae aliquae. Inc.: „Sed quia prodest mala praedicta peccatoribus imminetia atque pericula intelligere fideliter requisant”
- f. 141-141v Excerpta de visione Elizabeth prophetissae (tylko początek).
- f. 144-174v Tractatulus de arte bene moriendi. Inc.: „Omnes morimur”
- f. 174v-189 Tractatus Iacobi Carthusiensis de refrenatione cogitationum, editus a domino Iacobo Carthusiense a. MCCCCI. Inc.: „Cum quodam tempore, tumultibus actionum manualium repositis”
- f. 189-203v Colloquium hominis ad animam suam eiusdem doctoris. Inc.: „Verbum secretum”
- f. 203v-216 Tractatus Iacobi doctoris ordinis Carthusiensis de veritate dicenda seu tacenda. Inc.: „Saepenumero pulsatus”

- f. 216v-221 De comparatione religionum. Inc.: „Venerabilis Bonaventura”
- f. 217-219v Septem psalmi Francisci Patriarche (wcześniej w spisie treści Petrarche) laureati ad gremor de Pomeriis monachum cistercium. Inc.: „Heu mihi misero”
- f. 220-221v Tractatulus de stabilitate egregii ac devoti doctoris Iacobi Carthusiensis Erffordie, qui obiit hoc anno 1462. Inc.: „Videor mihi”
- f. 224-230 Iacobus Carthusiensis prope Erffordiam, sacrae Theologiae professor, de anno iubileo. Inc.: „Visum est”
- f. 230-231v Quaedam alia hinc inde collecta<sup>4</sup>

Pelplin, Biblioteka Seminarium Duchownego, Cod. 219 (285), Łac. XV i XVIII w., 20,5x15,5 cm, k. 295. Proweniencja: „Iste liber pertinet ad Carthusiam in Prussia prope Danzig”

- f. 1-1v Index librorum contentorum in hoc volumine.
- f. 3-3v Petrus Sutor: Vita Iacobi de Paradiso.
- f. 4-5v Repartitio operum Iacobi de Paradiso in hoc volumine contentorum  
(Numm. 1-3 saec. XVIII).
- f. 8-20 Colloquium hominis ad animam suam (sine initio): „tuas docuisti vias”
- f. 20-33 De cogitationibus et earum qualitate. Inc.: „Cum quodam tempore tumultibus actionum manualium se”
- f. 33v-50 Igniculus devotionis. Inc.: Dormitavit anima mea prae taedio etc. Intransi mihi hortulum scientiarum”
- f. 50v-72 De arte bene moriendi. Inc.: „Omnes moriemur et quasi dilabimur”
- f. 72-88 De causis devotionis religiosorum. Inc.: „Novit ille quem cordis secreta non latent quam ardenti desiderio feror”
- f. 88v-105 De statu ordinis carthusiensium. Inc.: „Ut verbis propheticis te pudicissimam turturem o anima”
- f. 105-118 De veritate dicenda mut tacenda. Inc. „Saepenumero pulsatus a me ipso et ab aliis volvebam in mente” (textus abruptus).
- f. 119-132v Tractatus initio carens. „-reponique in sanctorum catalogo atque sanctorum angelorum collegio sociari. Sequuntur

<sup>4</sup> Opis rękopisu w oparciu o: M. Keuffer. Der Ascetischen Handschriften der Stadtbibliothek zu Trier. Trier 1900 s. 5-7.

capitula: De talento; De diffirentia pastorum primitivae Ecclesiae et modernae; De scientia et vita pastoribus necessariis; De censura disciplinae. Expl.: splendide refulget eorum vero inertia tabescit, quibus ut vigilant concedere dignetur principes pastoris Christus Iesus etc.”

- f. 133-153v De arte vitia curandi. Inc.: „Isaac sanctus patriarcha olim legitur egressus ad vesperum ad meditationem”
- f. 155-261 Dialogus inter magistrum et discipulum de vera religione. Inc.: „Instantibus tuis praecibus immo tuis propositis auctoritatum rationibus et spe mercedis”
- f. 261-268v Planctus peccatorum. Inc.: „Scribis contra me amaritudines et consumere me vis peccatis adolescentiae meae”
- f. 275-288v De contractibus. Inc.: „Post mutiplicia insignium, doctorum florida scripta tam divinorum quam”
- f. 289-295 De reformatione claustrorum. Inc: „Quia teste ore veritatis mundo”

## 2. TEKST ŁACIŃSKI

### COLLOQUIUM HOMINIS AD ANIMAM SUAM

#### < Prooemium >

Verbum secretum mihi est ad te, o sponsa, summi regis filia, anima mea, eisdem regis insignita imagine et tanto confidentius mordatiusque tibi [T.-189v] iacula verborum vinciam, quanto inter me et te solam, quod acturus sum versari conspicio, neque tibi evadendi locum tribuam, neque umbram excusationis requirere potes, consciuum tibi quippe est triclinium pectoris tui, quod sol clarae evidentiae sic perlustrat, ut in faciem tibi veritatis obiecta etsi velis non valebis palliare, quod dico et hoc non ad insipientiam tibi attemptabo, sed revera ad salutarem medicinam, ut audita tua impudenti ac imprudenti prostitutione a tuo cordialissimo amatore aeterni regis filio, te sic amante ac suo sanguine praetioso redimente, salubri te confusione recognoscas, te recognoscendo erubescas, erubescendo compungaris, compungendo contremiscas, contremiscendo ad ipsum recurras, quem contempsisti et tanto ardentius eidem inhaereas,

quanto turpius ab ipso deviaveras. Si tamen non dedignabitur iterato visceribus pietatis, affluendo te suscipere et ad suum amorem admittere, „fornicata es enim cum amatoribus multis”<sup>5</sup> Unde verendum, ne iniquitatum tuarum memor dedignetur amplexus tuus, tamquam pollutae et contaminatae mulieris utique aspernantis virum suum tamquam beneficum. Sed ne in foribus laqueum desperationis vinciam, audire te volo suum fidelissimum prophetam Ieremiam, qui inspiratione eius dulcissimum verbum tibi in consolatione emisit, cum de tali adultera, qualis tu es, figuraliter loqueretur more humano quaerens, an apud vulgum adultera ad virum suum esset reversura ultra. Respondet: minime. Ipse tamen affluens pietate, ultra omnem creaturam te non aspernaturum se asserit, si reverti volueris dicens: „Tu tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te”<sup>6</sup>, Ieremiae 3<sup>0</sup>

At ne forte te insontem reputes et id, quod obicem intendo probare, me forte compellas, ne assumam probandam tamquam probatam et ob id petitor principii a te caviller. Ignoro, an tu id negare valeas, quod omnes lamentabiliter deplorant: „In multis, inquit Iacobus, offendimus omnes”<sup>7</sup> Secretorum divinorum scrutator, in pectore Iesu recumbens: „Si, inquit, dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis [T.-190r] non est”<sup>8</sup>, 1 Ioan 1<sup>0</sup> Et quid, necesse est transcurrere omnium voluminum divinorum testimonia: „Quasi enim pannus menstruatae omnes iustitiae nostrae”<sup>9</sup>, sanctus refert Isaias, eiusdem 64<sup>0</sup> Et beatus Augustinus nono libro Confessionum: „Vae, inquit, etiam laudabili vitae, si remota misericordia discutias eam”<sup>10</sup> Silentio pertranseo innumerabilia monstra et an formatus tuorum criminalium peccatorum post lavacri baptismatis emundationem ab ineunte tua puerili aetate, qua doli capax fuisti et usque ad aetatem praesentem, qua vix aliquantulum resipuisti in cognitione tuorum primorum peccatorum. Nam aetas puerilis, adolescentia et iuventus, proh dolor! tot sunt involutae tenebris peccatorum paene in omnibus, ut gloria aestimetur peccatum et qui peccare non novit aut non velit, vix se cognoscit, cum illae aetates totam paene rationem obnubilant. O, quot milia peccatorum et decies centena milia in tali aetate committuntur, quae raro aut numquam per puram confessionem

<sup>5</sup> Ier 3, 1.

<sup>6</sup> Ier 3, 2.

<sup>7</sup> Iac 3, 2.

<sup>8</sup> 1 Ioan 1, 8.

<sup>9</sup> Is 64, 6.

<sup>10</sup> Augustinus, Confessionum, Liber IX, Caput 13.

explicantur. Nolo ergo o, tu, anima, tu tibi innocens videaris quantiscumque etiam cautelis in prioribus aetatibus te custodieris. In multis enim tibi conscius est pectus tuum, si clara luce te ipsam exploraveris aperiasque ventrem memoriae tuae ac ruminans verus congesta, ut eorum acerbitas rememorata, lacrimarum tibi flumina producat sique quam foeda fueris et hodie ex istis, ex turpitudinis tuae revelatione clarescat. Neque enim nisi oculis fuerint opposita, limpide ea cognoscere valebis.

< Capitulum primum >

HOMO OBICIT ANIMAE PECCATA SUA

Invenio igitur te, inquam, o, anima mea, multis criminibus irretitam, tenebris ignorantiae involutam, supervacuis sollicitudinibus distractam, vagam atque garrulam, nugis mundanisque distentam atque intentam in oblectamentis. „Quid niteris: Ostende bonam viam tuam, quae insuper malitias tuas docuisti vias tuas, et in alis tuis inventa est corruptio tua”<sup>11</sup> Ab utero matris tuae contraxisti maculas, quae te degenerem semper ostendebant, quae te usque hodie suis vipereis venenis degenerare non cessant et usque ad foveam sepulcri, quo recondenda es te comitantur. Quantumcumque te laveris, minus erit ad confusionem tuam [T.-190v] expurgandam. Tecumque quippe<sup>12</sup> geris sentinam vitiorum, quae praecipue<sup>13</sup> repullulant ac loca iterum atque iterum maculas germinant. Numquam enim aliam vocem veridicam emittere valebis, quam propheta regius lacrimose deprompsit dicens: „Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater”<sup>14</sup>; et alter quidam: „Nemo mundus a sorde, nec infans, cuius est unius diei vita super terram”<sup>15</sup> Et quis potest dicere: „Mundae sunt manus meae”<sup>16</sup>, cum et ipsum vas electionis non nisi veraciter praesumpserit<sup>17</sup> dicere: „Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum”<sup>18</sup>, sciens certe illam Davidicam vocem: „Delicta quis

<sup>11</sup> Ier 2, 33.

<sup>12</sup> quippe: add. P.

<sup>13</sup> praecipue: praecise P.

<sup>14</sup> Ps 50, 7.

<sup>15</sup> locum non inveni.

<sup>16</sup> Cfr Iob 9, 30.

<sup>17</sup> praesumpserit: praesumosit P.

<sup>18</sup> 1 Cor 4, 4.



intelligit?”<sup>19</sup>, quasi diceret: „Nemo”, cum undique circumdati sumus crassis nubibus tenebrarum, scilicet ignorantiae et ceteris, in quantacumque vigilantia firmata fuerit vita nostra. Unde et ait: „Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?”<sup>20</sup>

Et quis tibi testimonium reddet<sup>21</sup> infallibile, unquam te tuorum peccatorum remissionem consecutam fuisse, cum dicat scriptura: „De propiciatu peccatorum noli esse securus”<sup>22</sup> Et quid ultra commemorem, quanto te puriorem<sup>23</sup> aestimaveris, tanto te foediorem comprobabis. Recolis enim pharisaeicam illam gloriationem de sua puritate<sup>24</sup> aestimatam ipsam profundius in abyssum peccatorum demersisse, cum suorum operum claritatem rememorans, trabem in oculo suo superbiae non consideravit, festucas quasdam colligens, quas grandes moles<sup>25</sup> virtutum secum computavit. Et utinam ille solus et primus, et ultimus fuisset, qui de solis exterioribus operibus, quasi fulgentibus ante se fuit gloriatus, culicem liquans et camelum glutens, ad instar sepulcrorum dealbatorum, foris speciosa apparentium, intus plena sunt ossibus mortuorum. Sed puto multos post se comites reliquisse, quos admonitos esse vellem, ut foveam illam<sup>26</sup>, in qua ille prolapsus est, devitarent.

Hanc igitur<sup>27</sup> foveam periculosam tibi, o, anima mea, praeostendo, ut consultius tecum agere non moreris, potius ad consilium illius felicitis publicani, qui interiora sua speculatus de profundo cordis sui se pec [T.-191r]catorem confiteri non erubuit et inde veniam consequi meruit, quo se peccatorem<sup>28</sup> veraciter agnovit. Ac ne ficte<sup>29</sup>, forte ac<sup>30</sup> simulatorie, scilicet te, ore quidem et non corde humiliare volueris tui dedecoris, maculas pallio quidem excusationis obnubilando, palpabiliter tibi praefero tempora pueritiae, adolescentiae, iuventutis tuae, quae, si occultius<sup>31</sup> percurreris memorando singillatim, quos et quales tibi flores parturierunt. Nescio, an

<sup>19</sup> Ps 18, 13.

<sup>20</sup> Ps 129, 3.

<sup>21</sup> reddet: ex marg.ins. T.

<sup>22</sup> Eccli 5, 5.

<sup>23</sup> te puriorem: puriorem te P.

<sup>24</sup> puritate: corr.m.pr. puritatem T.

<sup>25</sup> moles: ex.marg.ins. T.

<sup>26</sup> illam: hanc P.

<sup>27</sup> igitur: quoque P.

<sup>28</sup> post peccatorem: exp.m.pr. non T.; add. nonnisi P.

<sup>29</sup> ficte: corr. sic te cod.; ficte P.

<sup>30</sup> ac: aut P.

<sup>31</sup> occultius: corr.m.pr. occulatus cod.; oculatus P.

sensus aliquis in te remanere valebit. Quid enim virtutis hae aetates in se continere possunt, praesertim debitis custodiis parentum aut aliorum defraudatae. Non enim norunt, nisi insanire et totae in passionibus ebulliunt, videmus tam ex philosophorum dictis, quam ex cotidiana experientia et ex naturali inclinatione talium aetatum homines praesumptuosos, audaces, voluptuosos, incontinentes, gulosos, superbos iracundos, mobiles, instabiles, inconstantes, laetos, sui amatores et nonnisi in deliciis gaudentes, tristia et molestia omnino fugientes, impetuosos, praesentibus gaudentes, futura<sup>32</sup> minime providentes, consilia sana respicientes, seniorum et sapientum consultationes<sup>33</sup> parvipendentes, et sicut Salomon testatur, viam veri<sup>34</sup> in adolescentia sua penitus ignorat. Quid autem ex his ebulliat, clare est videre: furtum, mendacium, ebrietas, luxuria, ira, contumelia, detractio, invidia, voracitas, superbia, inoboedientia, contemptus Dei, immemoratio et totius virtutis oblivio, et omnis boni sepultura. An nonne haec in te, tu, anima mea, specularis, cum tibi arrisit floridae adolescentiae et iuventutis qualitas? Certe, si te non palpaveris, sed tui mensor iustus fueris, omnia tibi haec<sup>35</sup> non defuisse fateberis et multo his ampliora. Denique sicut equus laxatis habenis, post tuas cupiditates noxias, sine prohibitione cucurristi. Et rogo: quando haec omnia aut certe<sup>36</sup> tertiam illarum<sup>37</sup> partem, per sacrae poenitentiae fontem aut lacrimarum inundationem diluisti, quinimmo, semper recentia veteribus addidisti, quae, quanto sol intelligentiae in te crevit, tanto graviora tibi reddebantur. Sicque usum peccandi in naturam transmutasti, ut quasi frontem meretricis<sup>38</sup> acquisisti, ut nec erubescere voluisti et quasi Sodoma peccata tua [T.-191v] praedicasti, quae videas, si non usque hodie te crudeliter persequuntur, et si ea relinquere velles, ipsa tamen te derelinquere nolunt. Ait enim Dominus per Ieremiam: „Si Aethiops mutare potest pellem suam et pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum”<sup>39</sup> Et quem, rogo, fructum tunc habuistis<sup>40</sup> in illis, in quibus nunc erubescitis? Quodsi forte tibi blandiendo volueris

<sup>32</sup> futura: usque ad respicientes om. T.

<sup>33</sup> consultationes: consulationes P.

<sup>34</sup> veri: viri T.

<sup>35</sup> tibi haec: haec tibi P.

<sup>36</sup> certe: saltem P.

<sup>37</sup> illarum: illorum P.

<sup>38</sup> post meretricis: add. tibi P.

<sup>39</sup> Ier 13, 23

<sup>40</sup> habuistis: habuisti P.

praetendere te, secundum ritum<sup>41</sup> ecclesiae<sup>42</sup> confessione annali ea delevisse. Rogo, ne te fallas. Deum enim fallere non potes.

Conspice attentius, quales confessiones fecisti: semihorarias, an forte quartam partem aut sextam horae unius in confessione deducens post unius integri anni circulum, ubi memoria singulorum peccatorum et totiens repetitorum, quo modo putas tuae posse occurrere in speciali memoriae quodlibet tuorum scelerum; et quanto tempore, putas, dedisti operam, ut recogitares species, circumstantias, genera, gradus, moram tam cogitationum, verborum, quam factorum tuorum. Consuetudo enim timor, verecundia te compulerunt ad semiplenam aut coloratam confessionem faciendam magis quam amor Dei, contritio cordis et offensa Dei. Putas Deum forte posse<sup>43</sup> colludere tecum, qui usque ad novissimum<sup>44</sup> quadrantem a te exacturus est quodlibet etiam minimum peccatum, etiam veniale, denique terribiliter intonat dicens: „De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii”<sup>45</sup> Et non potest solvi scriptura. Et si de verbo otioso, quid de verbo nocivo, mendoso, detractionis, contumelioso, iniurioso, irrisorio. Et<sup>46</sup> si de verbo otioso, quid de opere otioso, vano et criminoso; quid denique de operationibus et<sup>47</sup> cogitationibus non dico vanis et inutilibus, sed noxiis, libidinosi, cupidis, avaris, iracundis, malivolis, de quibus infallibiliter scias a te rationem exigendam. Iam si vales, praetendas velum excusationis, cum illae aetates supra memoratae, nihil talium perpendunt ac pro nihilo ducunt, etiam multo maiora scelera cogita<sup>48</sup> Rogo, qualem aut quantam egeris satisfactionem et poe [T.-192r]nitentiam feceris pro tot tantisque criminibus? An forte, quia tu ea a memoria emiseris, Deus ea non recogitabit<sup>49</sup>, non est certe Deus, ut homo, ut aliquid possit oblivisci. Scripsit enim contra te amaritudines producturus eas ad lucem, quando<sup>50</sup> tu non sperabis. Stilo enim ferreo in ungue adamantino noveris ea recondita non delecta, nec oblita. Et forte confugis ad poenitentiam tibi a confessoribus tuis olim iniunctam. Sed noli te decipere! Utinam

<sup>41</sup> ritum: om. P.

<sup>42</sup> post ecclesiae: add. et praeceptum P.

<sup>43</sup> forte posse: posse forte P.

<sup>44</sup> novissimum: corr. novissimam cod.

<sup>45</sup> Mt 12, 36.

<sup>46</sup> et: om. P.

<sup>47</sup> operationibus et: om. P.

<sup>48</sup> cogita: recogita P.

<sup>49</sup> recogitabit: recordabitur P.

<sup>50</sup> quando: quo P.

appenderentur peccata tua, quibus Dei iram meruisti et poenitentia a te peracta pro ipsis in statera cerneres certe, palpabiliter, quod quasi arena maris illa istam in gravitate excederent. Immo nulla comparatio inter ea<sup>51</sup> esset. Quid vero restabit, nisi iusta Dei pronuntiante sententia: „Quantum, inquit, se glorificavit et in deliciis<sup>52</sup> fuit, tantum date ei tormentum et luctum”<sup>53</sup> Certe dicturus est: „Ligatis manibus et pedibus proicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium”<sup>54</sup>

Mirum certe, si ad talem Dominicae comminationis tonitruum non exspersgiseris, quod etiam ferrea pectora et corda lapidea contremiscere possent, nisi quis paene mortuus et insensibilis factus esset. Sed quisquis hodie non timet, quia poenas non videt, poenis praesentatis timebit et tunc sine remedio, etiamsi tunc vellet poenitentiam agere, locum poenitentiae non inveniet<sup>55</sup>, qui modo aptum poenitentiae tempus perdit et ne forte iterato ad aliam excusationis umbram te duritas dicens: „Miserationes Dei multae sunt”<sup>56</sup>, ignoscet iniquitatibus meis<sup>57</sup>, ut olim David, Petri, Mariae Magdalенаe et ceterorum, quos post peccata legimus gratiam invenisse et salvatos fuisse<sup>58</sup> Et quis ista nisi<sup>59</sup> falsissime negare poterit? Quis enim enarrabit miserationes Dei? Immo et iusti misericordias eius in aeternum cantabunt: „Sed noli secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium speculari”<sup>60</sup>, te iubet Salvator. Nec volo te aestimare misericordiam Dei esse, cum sunt peccatores ruere de peccato in peccatum, immo magna crudelitas et Dei severitas exinde cognoscitur. Ait enim scriptura: „Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultionem<sup>61</sup> adhibere, magni beneficii est [T.-192v] indicium”<sup>62</sup>, 2 Mach. 6<sup>0</sup> O, quantam catervam innumerabilem haec lata confidentia de divina misericordia ad voraginem vitiorum trahit! Videntes enim homines mundani delicta a Deo non puniri bonisque sicut et malis uniformiter tam

<sup>51</sup> ea: ipsa P.

<sup>52</sup> deliciis: corr.m.pr. in marg. delictis cod.P.

<sup>53</sup> Apoc 18, 7.

<sup>54</sup> Mt 8, 12; 13, 42; 13, 50; 22, 13; Lc 13, 28.

<sup>55</sup> inveniet: inveniret P.

<sup>56</sup> 1 Par 22, 13.

<sup>57</sup> meis: om. P.

<sup>58</sup> fuisse: esse P.

<sup>59</sup> nisi: nonnisi P.

<sup>60</sup> Ioan 7, 24.

<sup>61</sup> post ultionem: exp.m.pr. ultionem T.

<sup>62</sup> 2 Mach 6,13

prospera, quam adversa evenire, indifferenter innituntur<sup>63</sup> divinae misericordiae ad arma suorum iniquitatum, ruentibus de sceleribus ad scelera, quasi Deus sua misericordia fautor esset peccatorum<sup>64</sup> et vitiorum. Et qui idcirco abstinere a peccatis debuerant<sup>65</sup>, quia a Deo patienter tollerantur, ideo proclivius ruunt, quia Deus eos ad poenitentiam sustinet. Ait contra unum de talibus in persona universorum beatus Paulus: „Secundum duritiam<sup>66</sup> tuam et cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die irae, et revelationis iusti iudicii Dei”<sup>67</sup> Et certe impertinenter adducis sanctos olim peccatores in fulcimentum tuae opinionis. In istis enim Deus misericordiam exhibens, te ab aratro desperationis in quantiscumque peccatis fueris, eripere voluit, non per eos<sup>68</sup> spem et fiduciam peccandi tribuens. Et si pro te allegare eosdem decrevisti peccantes, cur<sup>69</sup> etiam non allegas contra te eos poenitentes. Et quos imitata es peccantes, imitari etiam non pudeat poenitentes, et tam diligenter, cum unum proponis, aliud negligis imprudenter. Sicut ergo secuta es peccantes, sectari non pigeat poenitentes. Numquid adhuc aliqua umbra tibi superest, ad quam fugiendo te poteris, quasi insontem probare? Et in hoc non minimum peccatum intueris, quia te, peccatricem etiam revera existendo non recognoscis<sup>70</sup> Fingere enim se innocentem fallaciter dupliciter te ream, non debes dubitare et de peccato, et de fictione innocentiae. Praesumptio enim haec tuae innocentiae<sup>71</sup>, maioris pararet<sup>72</sup> tibi veneni praecipitium. Aegrotus enim medico sua vulnera abscondens, minus habet sperare de sanitate, quam ostendens. Et quid dicere poteris de pessimo ingratitude vitio, quo omni tempore vitae tuae periculosius laborasti? Scis enim divinam bonitatem te incessanter fuisse, sua pietate persecutam, perspicaci ingenio, clara facundia, robusto corpore, vivacitate sensuum, corporis sanitate, bona indole natalium tuorum, bonis fortunae honoribusque et dignitatibus, saltem mediocribus, doctrina scientiaque praefulgida et<sup>73</sup> aliis pluribus tibi

<sup>63</sup> post innituntur: add. confidentiae P.

<sup>64</sup> peccatorum et: om. P.

<sup>65</sup> debuerant: deberent P.

<sup>66</sup> duritiam: duritiem P.

<sup>67</sup> Rom 2, 5.

<sup>68</sup> post eos: add. tibi P.

<sup>69</sup> ab cur usque ad es peccantes: om.T., supl.ex. P.

<sup>70</sup> recognoscis P., cognoscis T.

<sup>71</sup> Praesumptio...innocentiae: ex marg.ins. T.

<sup>72</sup> pararet: parit P.

<sup>73</sup> et P., de T.

consciis te honestando. Quid, inquam, pro his omnibus aut<sup>74</sup> aliquo horum, tu reddidisti Creatori et tam munifico benefactori, [T.-193r] quando semper ad instar rabidi canis, latrans et insidians renisus es eius beneficiis non recognoscens tuum<sup>75</sup> gratificatorem? Quid tibi facere<sup>76</sup> debuit ultra et non fecit? Vere de quibusdam olim<sup>77</sup> dixit: „Odio habuerunt me gratis”,<sup>78</sup> inter quos vide, si non una et principalis fuisti. Certe nosti scriptum: „Servus, sciens voluntatem domini et non faciens, vapulabit plagis<sup>79</sup> multis. Scienti bonum et non facienti, peccatum est illi”,<sup>80</sup>

Numquid ad ignorantiae tenebras confugare valebis? Minime! Haec enim dona<sup>81</sup> tibi fuerunt praestita, ut semper nosse poteris, quae esset voluntas Dei tui, claritate scientiae te semper illustrante, qua scientia<sup>82</sup> tua vulnera semper erant graviora. Clamavit namque contra te scriptura tibi nota, conscientia remurmurans et ratio, contraria dictans his omnibus: Tu rebellis, ibas in praeceps sensualitate tibi imperante. Numquid poterant olim, ante legem Sodomitae et eorum complices in criminosis operibus, confugere ad excusationis umbram, dicentes Deo punienti eos: „Ignorantes<sup>83</sup> peccavimus, cum lex nulla nobis data, nec prophetae missi sunt<sup>84</sup>, nec scripturam aliquam recepimus. Cur itaque merito tam acerbe et insolitis poenis, scilicet igne et sulphure puniri debeamus?<sup>85</sup>” An non<sup>86</sup>, quia<sup>87</sup> sine lege peccaverunt, sine lege perierunt?<sup>88</sup> Habebant enim testimonium legis scriptum in cordibus eorum. Sic illi omnes, qui in diluvio perierunt, etiam ante legem iuste puniti sunt, non obstante, si aliquam ignorantiam praetendere poterant et hodie infinita multitudo infidelium<sup>89</sup> in futurum damnandorum, non obstantibus eorum

<sup>74</sup> aut: et P.

<sup>75</sup> tuum: tuam T.

<sup>76</sup> tibi facere: facere tibi P.

<sup>77</sup> de quibusdam olim: olim de quibusdam P.

<sup>78</sup> Ioan 15, 25.

<sup>79</sup> plagis: om. P.

<sup>80</sup> Lc 12, 47.

<sup>81</sup> dona: om. T.; add. P.

<sup>82</sup> post scientia: add. etiam P.

<sup>83</sup> Ignorantes: Ignorantia T.

<sup>84</sup> sunt: om. P.

<sup>85</sup> locum non inveni.

<sup>86</sup> non: nonne P.

<sup>87</sup> quia: qui P.

<sup>88</sup> perierunt: exp.m.pr. peribunt, et in marg.corr. T.; peribunt P.

<sup>89</sup> infidelium: fidelium P.

excusationibus ibunt in damnationis foveam. Arguendo igitur a maiori<sup>90</sup> negative, quodsi<sup>91</sup> illi inexcusabiles iusto<sup>92</sup> Dei utique<sup>93</sup> iudicio damnanti atque damnandi sunt, quanto minus tu, inexcusabilis es, qui cotidie vociferantibus scripturis et exemplis sanctorum et tuba evangelicae veritatis intonante a tuis iniquitatibus compesci, non potuisti, dicente Christo: „Si non<sup>94</sup> venissem et locutus eis non fuisset, peccatum non haberent”<sup>95</sup>, per hoc intelligere dans<sup>96</sup>, quod propter suam praesentiam atque doctrinam tam gravia sunt peccata delinquentium, ut etiam comparata aliis peccatis in absentia [T.-193v] sua et doctrinae suae<sup>97</sup> quasi peccata non aestimentur<sup>98</sup>, licet in se gravissima non dubitentur<sup>99</sup>, ut dictum est de peccatis Sodomorum et in diluvio pereuntium<sup>100</sup>

Ecce, si vales tu, peccatrix anima adhuc de ignorantiae excusatione querulare. Potuit ergo tibi, sicut populo olim<sup>101</sup> peccanti, per os Ieremiae dicere: „Deus tuus tecum contendendo in iudicio quid inquit?”<sup>102</sup> „Invenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongaverunt se a me, et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt”<sup>103</sup> An nonne iustum arbitratus fuisses, etsi non de aequo, tamen de minimo te debuisse respondere benefactori tuo? Sed neque hoc fuit placitum ante te, sed magis malum pro bono semper reddedisti et ipse sustinuit, qui bene fecit, et tu male dixisti, qui bona recepisti. Et quid adhuc<sup>104</sup> respondebis, nedum eidem, sed et mihi? An forte negare valebis? Sed si negaveris, malo malum<sup>105</sup> cumulabis, quia mendatio tegere intendis tuam malitiam ei, cui „nuda et aperta sunt omnia”<sup>106</sup>, „ipse enim scrutatur corda et renes”<sup>107</sup>

<sup>90</sup> maiori: maiore P.

<sup>91</sup> quodsi: si P.

<sup>92</sup> iusto: insto T.

<sup>93</sup> Dei utique: utique Dei P.

<sup>94</sup> non: om. P.

<sup>95</sup> Ioan 15, 22; peccatum non haberent: etc. T.

<sup>96</sup> per...dans: om. T.

<sup>97</sup> suae: suprascr. P.

<sup>98</sup> aestimentur: aestimantur P.

<sup>99</sup> dubitentur: dubitantur P.

<sup>100</sup> peruntium: perientium P.

<sup>101</sup> populo olim: olim populo P.

<sup>102</sup> Cfr Ier 2, 35.

<sup>103</sup> Ier 2, 5.

<sup>104</sup> adhuc: ad haec P.

<sup>105</sup> malo, malum: malum malo P.

<sup>106</sup> Hebr 4, 13.

<sup>107</sup> Cfr Ier 17, 10.

„Certe arguet te malitia tua, et aversio tua increpabit te”<sup>108</sup>, et clamabunt contra te caelum et terra. Unde „scito et vide, quia malum et amarum est reliquisse te, Dominum, Deum tuum, et non esse timorem eius apud te”<sup>109</sup> Quid igitur superest, ut facias, quo fugias a facie eius, qui ubique est, nec latere poteris etiam in centro terrae eum, de quo scribitur: „Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero in<sup>110</sup> infernum, ades”<sup>111</sup> Darem tibi tamen<sup>112</sup> consilium Augustini libro<sup>113</sup> Confessionum, ut scilicet ab eodem ad eundem fugeris, scilicet ab irato ad placatum; et hoc consultissimum tibi debet videri, cum quis si<sup>114</sup>, aliter consulerit decipit<sup>115</sup> pariter et te decipit.

Sed forte dices, quomodo possunt<sup>116</sup> haec fieri? Ecce consilium Salvatoris tui, qui consulit, ut qui non possit cum decem milibus adversari suo occurrere, qui viginti<sup>117</sup> milibus venit ad se, adhuc eo longe agente<sup>118</sup>, legationem prius mittat, rogans ea, quae pacis sunt. Et missa legatione non desperes nec diffidas, quando suscipiat tuam legationem, si intimo corde et humiliter mittere non<sup>119</sup> dedigneris<sup>120</sup>, cum sicut in [T.-194r] principio promisi<sup>121</sup> et ipse promisit<sup>122</sup> tuam legationem nolle aspernari, etiamsi cum quibuscumque fueris fornicata. Ait enim: „Ergo saltem amodo<sup>123</sup> voca me, Pater meus, dux virginitatis meae”<sup>124</sup>; et: „Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis”<sup>125</sup>, Ieremiae 3<sup>0</sup>

Ecce ipsius et meum consilium placeat tibi, quorum consilia priora non tibi<sup>126</sup> placuerunt, sed in dies<sup>127</sup> semper aspernaberis .

<sup>108</sup> Ier 2, 19a.

<sup>109</sup> 2, 19 b.

<sup>110</sup> in: ad P.

<sup>111</sup> Ps 138, 8.

<sup>112</sup> tibi tamen: tamen tibi P.

<sup>113</sup> post libro: add. suorum P.

<sup>114</sup> quis si: si quis P.

<sup>115</sup> decipit: desipit P.

<sup>116</sup> possunt: ex marg.ins. T.

<sup>117</sup> ante viginti: add. cum P.

<sup>118</sup> adhuc...agente: in marg.scr. P.

<sup>119</sup> mittere non: om. P.

<sup>120</sup> dedigneris: didignaris P.

<sup>121</sup> promisi P., praemisi T.

<sup>122</sup> promisit: corr.m.pr. praemisit T.

<sup>123</sup> amodo: om. T.

<sup>124</sup> Ier 3, 4.

<sup>125</sup> Ier 3, 19-20.

<sup>126</sup> non tibi: tibi non P.

<sup>127</sup> in dies: indiges P.



## &lt; Capitulum secundum &gt;

## ANIMA COMPUNCTA RESPONDET

Heu mihi, quid audio de multitudine peccatorum meorum, multiplicitate divinae offensae et acerbitate poenae mihi praeparatae. Quo mihi fugere, quomodo haec evadere<sup>128</sup> seu recuperare valeo. Negare, fateor, non possum veritatis luce mihi obsistente. Et si inficiari vellem, auferetur mihi cumulus indignationis, immo damnationis. Fateri cogor et<sup>129</sup> vera mihi esse<sup>130</sup> obiecta et multa<sup>131</sup> his maiora compellor, nullum prorsus habens excusationis adminiculum. Volutabar in coeno voluptatum sine freno retrahente, nihil reputans mihi triste ex hoc provenire. Et certe video me dolosissime deceptam. O, multitudinem errantem insecuta<sup>132</sup> sum pro lege ea, utens ratus illam viam<sup>133</sup> tutiorem, quam multi sequuntur et<sup>134</sup> non attendens, „quam angusta porta et arcta via, quae ducit ad vitam et pauci inveniunt eam”<sup>135</sup> Latam vero<sup>136</sup> et spatiosam multi incendunt ad perditionem. Iam primo, cum tempora virilitatis et senectutis me praeiunt, aperio intelligentiae oculos postergum respiciens et considero turbam peccatorum meorum, quae post me clamant<sup>137</sup>, licet actu transierant<sup>138</sup> reatu, tamen manent et continuas stimulationes infligunt torquentes me et sicut onus grave gravantia me dicentia<sup>139</sup> etsi non voce, tamen comminatione<sup>140</sup> memoria. Tui sumus, tu<sup>141</sup> nos peperisti cum delectatione, tu nos insecuta es, tua tempora deduxisti nobiscum iucunditate<sup>142</sup> et usque in praesens collaetata es nobiscum festivis gaudiis nos colendo, et primo

---

<sup>128</sup> evadere seu recuperare: recuperare seu evadere P.

<sup>129</sup> et: om. P.

<sup>130</sup> mihi esse: esse mihi P.

<sup>131</sup> multa: multo P.

<sup>132</sup> insecuta: insecutus P.

<sup>133</sup> viam: in marg. corr. vitam cod.

<sup>134</sup> et: om. P.

<sup>135</sup> Mat 7, 14.

<sup>136</sup> vero: om. P.

<sup>137</sup> clamant: clamat P.

<sup>138</sup> transierant: transierunt P.

<sup>139</sup> gravantia me dicentia: gravatae sunt supra me dicentes P.

<sup>140</sup> comminatione: comminationis P.

<sup>141</sup> tu: om. P.

<sup>142</sup> iucunditate...nobiscum: om. T.

nunc<sup>143</sup> reicere nos decernis, non sic erit, sed quibus communicasti, viva communicabis et mortua. Tibi adhaerebimus, non te deseremus et<sup>144</sup> nec post mortem ante tribunal Christi tecum<sup>145</sup> pergemus, sententiam tibi formidabilem<sup>146</sup> exspectabimus, ut pro nobis condignas recipias poenas numquam desituras, quia si prius tibi dulcia ministravimus, postea amara [T.-194v] a nobis recipies. Hoc enim inflexibilis Dei iustitia suadebit. Hoc namque<sup>147</sup> rememorando amariorem morte vitam mihi peccata mea procurant. Et si haec efficere sufficiunt solum memorando, quid facere<sup>148</sup> aestimanda sunt, poenas pro eis experiendo. O, quam lamentabile erit experiri, quod tam afflictivum est memorari. Felix proinde sterilis et<sup>149</sup> coinquinata, quae nescivit torum in delicto. Felix anima brutorum, quae cum corpore moriente et ipsa moritur, nec metum poenarum, nec spem habens gaudiorum. Optandum mihi esset et cuilibet animae peccatrici talium futurorum<sup>150</sup> metu et gaudiis pariter<sup>151</sup> defraudari, quam sic horribilem exspectare, non dico corporis, sed animae mortem a Deo optimo separationem et nedum a Deo separationem, sed flammaram infernalium poenam numquam cessaturam atque<sup>152</sup> larvalium illorum daemonum omni morte horribiliorem facierum continuum aspectum; quorum tam horrendus est aspectus, ut potius homo eligeret ingressum camini ardentis et ibidem torqueri longo tempore, quam ad unius ictum oculi ipsas larvales facies intueri. O, utrum<sup>153</sup> omnibus hominibus inesset iste metus, quem<sup>154</sup> facile homines peccata vitarent. Et utrum<sup>155</sup> mihi in retroactis temporibus semper fuisset<sup>156</sup> iste metus? O, quot et quantis iniquitatibus praeservatus fuisset!

Sed, heu, adolescentia et iuventus non nisi praesentia intuentur<sup>157</sup>, de futuris nihil cogitant. In augmentum etiam mei doloris et molestiae

---

<sup>143</sup> primo nunc: nunc primo P.

<sup>144</sup> et: in marg. scr. T.

<sup>145</sup> tecum: om. T.

<sup>146</sup> tibi formidabilem: formidabilem tibi P.

<sup>147</sup> Hoc namque: Haec inquam P.

<sup>148</sup> facere: factura P.

<sup>149</sup> et: in P.

<sup>150</sup> post futurorum: add. et P.

<sup>151</sup> pariter: om. P.

<sup>152</sup> atque: cumque P.

<sup>153</sup> utrum: utrumque P.

<sup>154</sup> quem: quam P.

<sup>155</sup> utrum: utram P.

<sup>156</sup> fuisset: afuisset P.

<sup>157</sup> intuentur: inter curant P.

quam patior haec accedit<sup>158</sup>, quod in omnibus afflictis lenire solet poenam spes<sup>159</sup> de terminabilitate poenarum. Mihi vero et mihi<sup>160</sup> similibus haec spes totaliter ablata est, ut licet poena futura sit maxima, additur<sup>161</sup> etiam perpetuitas et interminabilitas. Nam si esset maxima, tamen finem habitura post innumera milia<sup>162</sup> annorum curricula, non minima spes esset consolationis. Iterum si infinita extensive sive<sup>163</sup> aeterna, non tamen infinita intensive, id est non<sup>164</sup> maxima utrumque tollerabilior esset? Sed heu, utrumque pessimum exspectatur, ut et maxima sit et aeterna? Nam posito per imaginationem, quod tota concavitas caeli repleta esset aquis usque ad nonam spheram et nihil aliud esset in medio quam<sup>165</sup> aqua et una<sup>166</sup> culex<sup>167</sup> minutissima post mille annos de caelo [T.-195r] veniret et sumeret minimam et paene imperceptibilem guttulam de ista aqua maxima. Et iterum, si<sup>168</sup> post quattuordecim milia<sup>169</sup> annos, eodem modo sumeret minutissimam guttulam de illa<sup>170</sup> aqua, quot milia annorum effluerent antequam haec tota maxima exuberantia aquarum consumeretur et tamen aliqua esse posset spes, quod post<sup>171</sup> totalem aquae illius consumptionem per minutissimam culicem, misera anima evasura esset poenas illas acerbissimas. Sed heu, illa spes est ablata miseris damnatis.

Aliud exemplum etiam poni solet de infinitate poenarum. Si lapis repleret totum mundum usque ad concavitatem nonae sphaerae et avicula quaedam post mille annos veniens tolleret tantum de illo lapide<sup>172</sup>, quantam est decima pars milii, ita quod in decem milibus annis tantum sumeret<sup>173</sup> de lapide illo, quantum est unum granum milii, speculari delectat, quod utique ille lapis tandem post multa milia<sup>174</sup> annorum consumeretur, ex quo est

<sup>158</sup> accedit: attendit P.

<sup>159</sup> spes: om. T.

<sup>160</sup> mihi: meis P.

<sup>161</sup> additur: om. T.

<sup>162</sup> milia: milium P.

<sup>163</sup> sive: om. T.

<sup>164</sup> non: om. T.

<sup>165</sup> quam: nisi P.

<sup>166</sup> ante una: add. quod P.

<sup>167</sup> culex: culix P.

<sup>168</sup> si: corr. sic cod.

<sup>169</sup> quattuordecim milia: mille P.

<sup>170</sup> illa: ista P.

<sup>171</sup> post quod: exp.m.pr. tot P.

<sup>172</sup> lapide: om. T.

<sup>173</sup> sumeret: consumeretur P.

<sup>174</sup> milia: om. P.

finitus et omne finitum tandem per ablationem partium consumitur, tunc<sup>175</sup> esset spes habenda de finiendis poenis.

Sed heu, haec spes etiam<sup>176</sup> tollitur, quia lapide isto toto consumpto de novo incipit et sic deinceps sine fine. Quae ergo consolatio intervenire poterit.

Revocare vellem tempora praeterita, sed scio, quod praeteritum est irrevocabile. Hoc enim solo privatur Deus, scilicet quod praeteritum non sit praeteritum. Quis inquam, mihi det, ut sim iuxta dies pristinos<sup>177</sup> et tantae<sup>178</sup> me uti<sup>179</sup> intelligentiae claritatis<sup>180</sup>, sicut nunc illustret. Potius revera quodlibet genus tormentorum subirem, quam unius criminis maculam contraherem, quod in momento oculi pertransiit sui delectatione, sed non in momento post perpetratum facinus<sup>181</sup> a conscientiae remorsu abscedit. Immo vermis ille non moritur, etiam in praesenti, quanto minus in futurum. Nunc quidem conscientiam solam rodendo, postea vero et conscientiam, et rationem, et corpus inexstinguibili igne incessanter inflammando, vellem quidem tunc, quod anima<sup>182</sup> et corpus interire<sup>183</sup> et annihilari possent<sup>184</sup>, ut totum non esset, sed tunc mors fugiet a me. Et quod nunc pessimum<sup>185</sup> iudico, tunc supremae delectabile optarem. Sed nec nunc mors aufertur, nec tunc mors optata accedit. Ecce quam diversorum temporum condicio<sup>186</sup> Sed potuissem temporibus praeteritis effecisse<sup>187</sup>, si sapientia affuisset, ut et mors fuisset in desiderio [T.-195v] et vita mihi fuisset odiosa, et quod futuris temporibus timor mortis non affuisset, sed vitae aeternae delectatio semper affuisset<sup>188</sup>. Sed haec omnia perdidit, quia oculos considerationis futurorum temporum<sup>189</sup> non aperui. Et licet aliquando scintilla quaedam compunctionis in corde meo exorta

<sup>175</sup> tunc: tamen: P.

<sup>176</sup> haec spes etiam: etiam haec spes P.

<sup>177</sup> dies pristinos: pristinos dies P.

<sup>178</sup> tantae: tanta P.

<sup>179</sup> uti: om. P.

<sup>180</sup> claritatis: claritas P.

<sup>181</sup> perpetratum facinus: ex marg.ins. T.

<sup>182</sup> quod anima: mortem quae et animam P.

<sup>183</sup> interire: interimere P.

<sup>184</sup> annihilari possent: annihilare posset P.

<sup>185</sup> pessimum: poenalissimum P.

<sup>186</sup> condicio: eruditio P.

<sup>187</sup> effeisse: efficisse P.

<sup>188</sup> sed vitae...affuisset: om. T.

<sup>189</sup> temporum: in marg.scr. T.

fuert<sup>190</sup>, tamen ad momentum extincta fuit quasi scintilla<sup>191</sup> in maris aqua proiecta, fuisset<sup>192</sup> accedente voluptate, prava societate et inveterata consuetudine adinstar seminis, quod inter spinas cecidit, quod<sup>193</sup> exortum, spinae suffocaverunt illud<sup>194</sup> neque ad fructum pervenit. Heu, tempora amisi irrecuperabilia, in quibus lucra spiritualia potuissem acquisivisse, quae in aeternum mihi profuissent<sup>195</sup>. Sed cars et iterum cars longam restem fecerunt per spem veniae<sup>196</sup>, differentes conversionem<sup>197</sup>, quodquam damnosum mihi tunc erat, nunc<sup>198</sup> experior, tunc vero non sensi. Blandiebantur mihi duo praecipua: largitas scilicet<sup>199</sup> divinae misericordiae, quae diutius tollerat peccantes, ut poeniteant<sup>200</sup>, cui innixa peccare non cessavi, non recto oculo causam divinae tollerantiae contemplans. Non enim ideo peccatores tollerantur, ut in peccatis continent, sed ut a peccatis resipiscant.

Secundum erat spes diuturnae vitae, quae mentem meam consolabatur<sup>201</sup> de futura mutatione vitae sanctioris sicque his baculis arundineis innisus sordes vitiorum dulces mihi apparebant, cum nil<sup>202</sup> in contrarium laborabant. Sed quid dicam, fateor et recognosco me deliquisse<sup>203</sup> delirasse, sed numquid in hoc iustificatus sum? Puto, minime, cum Dei iustitia inflexibilis nullum sinit peccatum impunitum aut in praesenti aut in futurum indubie puniendum.

Cum igitur, tu, oculos mihi aperuisti et foeditatem meam denudasti, et ego hoc ipsum recognoscens non inficior et plusquam dici potest, dolore cordis prostrata sum, superest, ut si aliquod remedium reperiri potest mihi adhibeas, ut quae impudenter cecidi, prudenter resurgam et misericordiam divinam, quam<sup>204</sup> prius abusus sum<sup>205</sup>, modo regulantius<sup>206</sup> amplexer.

---

<sup>190</sup> fuerit: fuit P.

<sup>191</sup> quasi scintilla: ac si P.

<sup>192</sup> fuisset: add. P.

<sup>193</sup> cecidit, quod: cadit quo P.

<sup>194</sup> illud: om. T.

<sup>195</sup> profuissent: profuisset P.

<sup>196</sup> veniae: rem ipsam P.

<sup>197</sup> conversionem: om. P.

<sup>198</sup> nunc: modo P.

<sup>199</sup> scilicet: om. P.

<sup>200</sup> poeniteant: poeniteat P.

<sup>201</sup> consolabatur: solabatur P.

<sup>202</sup> nil: multi T.

<sup>203</sup> deliquisse: om. P.

<sup>204</sup> quam: qua P.

## &lt; Capitulum tertium &gt;

## HOMO ANIMAE COMPUNCTAE RESPONDET

„Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Dominus<sup>207</sup>, Deus vester”<sup>208</sup> Viatori nondum fine expleto non est spes reconsiliationis ablata, nam mors corporis sola spem merendi et poenitendi tollit. Unde et Salvatoris admonitio id innuit, cum dicit: „Ambulate, dum lucem habetis, [T.-196r] ne tenebrae mortis vos comprehendant”<sup>209</sup> Quod enim in angelis reprobis casus hoc, in hominibus mors operatur, scilicet statum immobilem firmans in ipsis secundum Damascenum: „Vitae itaque porta tibi anima nondum est praeclusa. Vide, ne negligas, ut claudatur”<sup>210</sup> Fatuae enim virgines post clausam ianuam cum lacrimis clamabunt: „Domine, Domine, aperi nobis”<sup>211</sup>, sed incassum, quia tempus eis praefixum perdiderunt. Et ideo dictum est eis: „Nescio vos”<sup>212</sup>. O, vox flebilis, vox lamentabilis! Vae illis, quibus dicitur: „Nescio vos”<sup>213</sup> Revera, melius illis esset, si nati non fuissent. Et mirandum, plusquam dici potest, cum hoc nullus ignoret et tamen tam terribile tonitruum paucissimos expergiscere facit, qui parum de sua salute provident volutanturque in his mundaniis quasi perpetuo secum illis<sup>214</sup> mansuris<sup>215</sup>, cum in dies oculis patentibus cernunt et mundana perire, et seipsos tolli de hoc saeculo, sicuti et tu fuisti, sed Deo miserante resipuisti tui reatus, facinora vel sero rememorans ac de ipsis ingemiscens. Et vere felix, cuius cor haec memoria tangit, ut se recognoscat et non sicut caeci palpant seipsos. Utinam omnes saperent ac<sup>216</sup> intelligerent et<sup>217</sup> novissima providerent. Ait Moyses: „Profecto expergiscerentur et vitam mutarent”<sup>218</sup> Sed heu, crassa nubes carnalium desideriorum obtexit<sup>219</sup>

<sup>205</sup> abusus sum: in marg.scr. T.

<sup>206</sup> regulantius: regulatius P.

<sup>207</sup> Dominus: om. P.

<sup>208</sup> Is 40, 1.

<sup>209</sup> Ioan 12, 35.

<sup>210</sup> locum non inveni.

<sup>211</sup> Mt 25, 11.

<sup>212</sup> Lc 13, 25; Mt 25, 12.

<sup>213</sup> Lc 13, 25; Mt 25, 12.

<sup>214</sup> illis: om. P.

<sup>215</sup> mansuris: permansuris P.

<sup>216</sup> ac: et P.

<sup>217</sup> et: ac P.

<sup>218</sup> locum non inveni.

<sup>219</sup> obtexit: obduxit P.

caliginem oculorum, ut quasi in somnis percipiant<sup>220</sup> quidquid de tormentis futuris, de gaudiis caelestibus, de vanitate praesentis vitae et<sup>221</sup> de<sup>222</sup> rebus perituris eis dicitur<sup>223</sup> Sed postea malo suo fatebuntur experientia tormentorum eos docente, ut olim divitis illius epulonis in inferno sepulti, cuius oculi tantum<sup>224</sup> in tormentis aperti sunt, ut Lazarum cerneret in sinu Abrahae a longe, quem prius in vita ante ianuam iacentem recognoscere noluit. Nec tunc obtinere meruit suae petitionis effectum, qui in vita impartiri noluit mendico et vulnerato, quod poposcit ob utique animi tumorem ac voluptatum carnalium crassam caliginem, quae non sinebat eum oculos ad pauperem aperire, sed post mortem in tormentis crassa voluptate, detersa per poenam re [T.-196v] stitutos, habuit oculos, quos voluptas clauserat. Sic indubie multis fiet, qui modo divitiae illi similes<sup>225</sup> sunt. Unde et tibi, et illis valde formidandum est, ne hoc, quod illi dictum est et tibi, et illis dicatur: „Recepisti bona in vita tua, quasi diceret Abraham”<sup>226</sup> Iam remuneratus es et pro tuis meritis praemia reportasti, et amplius tibi ablata est omnis spes praemiorum, et<sup>227</sup> remanet tantum<sup>228</sup> sola retributio condigna peccatorum. Tibi vero adhuc sole lucente serenior aura arridet vultusque<sup>229</sup> iocundior te illustret<sup>230</sup>, quam illi diviti<sup>231</sup> iam tempus merendi transierat, illi tibi vero minime. Ideo, si cordi tibi est non dissimulatorie, non perfunctorie ad cor redire et praeteritorum temporum ruinas recuperare vulnerumque tuorum sordes abluere, ut vel sero redeas ad Creatoris tui reconsilationem, consilium tibi optimum impartiar, quo usus non repudiabit te sponsus tuus, quem olim obiecisti pius quippe atque clemens cum sit, nemini sinum misericordiae suae<sup>232</sup> claudit. Nec tamen fecile aut segniter tibi agendum, existit in principio tuae conversionis et conversationis<sup>233</sup>, sed asperiora tibi convenit antidota adhiberi<sup>234</sup>,

<sup>220</sup> percipiant: percipiunt P.

<sup>221</sup> et: ac P.

<sup>222</sup> de: om. T.

<sup>223</sup> dicitur: dicatur P.

<sup>224</sup> tantum: tunc P.

<sup>225</sup> divitiae illi similes: similes diviti illi P.

<sup>226</sup> Lc 16, 25.

<sup>227</sup> et: sed P.

<sup>228</sup> tantum: om. P.

<sup>229</sup> vultusque: multusque T.

<sup>230</sup> illustret: illustrat P.

<sup>231</sup> post diviti: add. cum P.

<sup>232</sup> misericordiae suae: suae misericordiae P.

<sup>233</sup> conversionis et conversationis: conversationis et conversionis P.

<sup>234</sup> adhiberi: adhibere P.

praesertim cum abolere debeas pristinam et hactenus inveteratam consuetudinem, quae paene tibi versa est in naturam. Processu vero temporis facilius tibi et iucundior relucebit modus<sup>235</sup> vivendi. Sic quippe consuetudo perversa recta consuetudine atque bona, tamquam clavus clavo retunditur. Et quanto induruit perversa consuetudo<sup>236</sup>, tanto necesse est fortioribus<sup>237</sup> remediis, indurescat conatus atque studium ad ipsam abolendam. Nec mirum, si tu ad regis aeterni cubiculum aspirans, deformitatibus plurimis depravata, depurare et colorare necesse habeas, cum puellae ibi<sup>238</sup> speciosae et admiranda pulchritudine fulgent<sup>239</sup>, nec aliqua sorde maculatae admitti ad cubiculum regis Assueri, utique mortalis et idololatriae<sup>240</sup> non merebantur nisi prius per unius anni decursum, unguento<sup>241</sup> myrtino et variis pigmentis odoriferis atque mundo muliebri debite praepararentur, ut traditur Esther 2<sup>o</sup> Mundam enim pariter et ornatam decet esse sponsam tanto regi desponsandam, quorum secundum primum praerequirit. Neque enim ornari quis poterit, nisi prius mundus<sup>242</sup> existat. Tu ergo, si ad cubiculum huius veri et immortalis Assueri regis ingredi [T.-197r] concupiscas, scito te mundandam<sup>243</sup>, scilicet per integram tuorum criminum primitus confessionem, quae confessio secunda tabula est post naufragium, qua praetermissa tibi omnis spes aufertur salutis. Sic enim sponsus tuus instituit: „Ite, inquit, ad leprosos, ostendite vos sacerdotibus. Et dum irent, inquit evangelista, mundati sunt”<sup>244</sup> Summeque<sup>245</sup> tibi cavendum est peccatum<sup>246</sup> recidivum, nam recidere quam cadere nequius est. Semper tibi dicendum est, cum alio quodam sponso lani vestimenta mea, quomodo iterum inquinabo illa. Ne forte illud proverbium principis apostolorum in te verificetur: „Canis reversus ad vomitum suum et sus lota in volutabro luti”<sup>247</sup> fiantque tibi posteriora peiora prioribus. Melius enim tibi fuisset viam veritatis non agnovisse,

<sup>235</sup> ante modus: add. tibi T.

<sup>236</sup> consuetudo: om. T.

<sup>237</sup> post fortioribus: exp.m.pr. rebuscet T.

<sup>238</sup> ibi: illae P.

<sup>239</sup> fulgent: fulgentes P.

<sup>240</sup> idololatriae: corr. idolatriae cod. T.; P.

<sup>241</sup> unguento: corr. unguento cod. T.; P.

<sup>242</sup> mundus: munda P.

<sup>243</sup> post mundandam: add. et ornandam. Mundandam P.

<sup>244</sup> Lc 17, 14.

<sup>245</sup> summeque: in marg. T., exp.m.pr. sed cod.

<sup>246</sup> peccatum: peccati T.

<sup>247</sup> 2 Petr 2, 22.



quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod traditum est tibi sancto mandato. Et ad hoc recidivum vitandum subtiliter speculaberis, quae et quot erant occasiones tibi priorum criminum tuorum, quas si declinaveris<sup>248</sup>, facilius futura devitabis.

Ad contrariamque partem te contrahe, ut rectificeris, sicuti, si curvum lignum rectificare volueris, oportet ut per violentiam illud ad contrariam curvitatē ultra medium incurves<sup>249</sup> et longo tempore sic incurvatum illud liges<sup>250</sup> donec tandem priori curvitate deposita ad rectitudinem revertatur. Occasiones vero huiusmodi, ut arbitrator, fuerunt pravae societates virorum ac mulierum, personarum<sup>251</sup> gratarum saecularium in amorem suum<sup>252</sup> allicientium, otiositas temporis, panis et epularum saturitas potuumque diversorum suavitas<sup>253</sup> ac ebrietas, conviviorumque frequentatio, somni diuturni delectatio, quae vitiis tuis tibi<sup>254</sup> alimenta ministrabant<sup>255</sup>, laxatio habenarum in omnibus libitis sine freno disciplinae, sensuum exteriorum et interiorum vaga et curiosa licentiatio, linguae relaxatio ad mendacia, periuria et falsa testimonia ac ad turpissima et libidinosa peragenda sive<sup>256</sup> perferenda<sup>257</sup>, ventris ingluvies, quae libidinibus viam parat, aspectus et conversatio mulierum, quae mentes etiam ferreas, secundum Hieronymum, domant. Iuventus florida, cum temporalium rerum abundantia, quae libertati noxiae annexa, sentinam omni praeparat vitiorum puto, si recte speculari volueris, consciū tibi est pectus tuum, [T.-197v] quod nihil extra viam veritatis exorbitavi. Hoc, inquam, o, anima mea, si iudicas esse<sup>258</sup> verum et a prioribus voraginibus peccatorum eripi volueris has omnes occasiones, declinare pro posse oportebit. Quodsi pigebit facere, haud dubium ad foveam, unde existi pro labi necesse erit.

Haec ergo duo principia, scilicet confessionis lavacrum ac occasionum fuga, scito te ante omnia necessaria fore. Nec tamen haec

<sup>248</sup> declinaveris: declinaberis P.

<sup>249</sup> incurves: incurvabis P.

<sup>250</sup> liges: ligebis P.

<sup>251</sup> personarum: personarumque P.

<sup>252</sup> post suum: add. te P.

<sup>253</sup> potuumque diversorum suavitatis: om. T.

<sup>254</sup> tibi: om. T.

<sup>255</sup> ministrabant: ministrabat P.

<sup>256</sup> peragenda sive: om. P.

<sup>257</sup> preferenda: proferenda P.

<sup>258</sup> iudicas esse: esse iudicas P.

tunc<sup>259</sup> sufficere scias, per ea<sup>260</sup> enim solum mundaberis et a praeteritis quoad culpam, et cautionem sumes ad emendationem<sup>261</sup>. Sed nondum statim finis, sed adhuc restat providendum sponsae ornatui<sup>262</sup>, ut venustiori facie et gratiori vultu, aspectui, quandoque sponsi tam delicati valeat<sup>263</sup> praesentari nec tunc<sup>264</sup> dicatur impropriosum hoc dictum: Heri tractus de luto, hodie vultui gloriae praesentaris. Simulque tibi non negligendum, quod sponsus tuus vultum iudicis assumpturus sit<sup>265</sup>, qui usque ad novissimum quadrantem a te exiget condignam poenam<sup>266</sup>, etsi non aeternam, quae tibi iam dimissa est per sacramentum poenitentiae et confessionis, sed proculdubio temporalem satisfactionem, ut poena paene sit resolutoria. Neque aestimes a te ipsum non exacturum poenam post culpae remissionem, qui a suo dilecto propheta David, post dimissionem culpae, quam audivit a Nathan, propheta durissimam exegit poenitentiam, ut filius proprius ipsum a civitate regia expelleret uxoresque eius violaret et ipsum usque ad mortem persequeretur, et alios sanctos suos impunes<sup>267</sup> esse non sinebat, etiam<sup>268</sup> post multas lacrimas praecesque, quas<sup>269</sup> Deo offerbant. Dicitur enim de eo<sup>270</sup> in Psalmo: „Ulciscens in omnes adinventiones eorum”<sup>271</sup>, id est nihil impunitum in sanctis reliquit. Quid ergo aestimas in te? Esne tu melior illis praelectis a Deo? Non utique, sed multo inferior. Ideo vigilantia oculo tibi insistendum est<sup>272</sup>, ut in praesenti tempore gratiae poenitentiae, arma assumere non pigeat, ne in futurum in igne illo conflatorio et acerbissimo poenitentia tibi<sup>273</sup> sit iniungenda. Qui ignis purgatorii comparatus praesenti igni, quoad poenalitatem sic est proportionatus<sup>274</sup>, sicut in praesenti pictus ignis respectu veri et naturalis ignis. Omni igitur rup[T.-198r]ta mora in offenso pede festinandum est

<sup>259</sup> tunc: tibi P.

<sup>260</sup> ea: haec P.

<sup>261</sup> cautionem sumes ad emendationem: cautius sumas ad cavendam recidivationem P.

<sup>262</sup> ornatui: ornatu P.

<sup>263</sup> valeat: vales P.

<sup>264</sup> nec tunc: ne tibi P.

<sup>265</sup> sit: sic P.

<sup>266</sup> condignam poenam: poenam condignam P.

<sup>267</sup> impunes: impunos P.

<sup>268</sup> etiam: corr.m.pr. item.

<sup>269</sup> quas: om. P.

<sup>270</sup> eo: eis P.

<sup>271</sup> Ps 98, 8.

<sup>272</sup> est: sit P.

<sup>273</sup> tibi: suprascr. T.

<sup>274</sup> sic est proportionatus: om. T.

tibi<sup>275</sup>, ut arma poenitentiae<sup>276</sup> apprehendas non tibi parcens in poenis, quae tibi non pepercisti in peccatis. Nosci autem et vulgatissima sunt arma<sup>277</sup> poenitentiae, quae ad tria genera reducuntur: orationem, ieiunium et eleemosynam. Et omnia afflictiva<sup>278</sup> corporis, ad ieiunium compunctio et lacrimae ad orationem, cetera ad eleemosynam, in quibus continue vita tua habeat exercitium, non tamquam contristativa, sed revera exhilarativa, adinstar olim peccatoris David. „Fuerunt, inquit, mihi lacrimae mae panes die ac nocte”<sup>279</sup>; et: „lacrimis meis stratum meum rigabo”<sup>280</sup> Et quidquid infortunii aut adversitatis tibi occurrit pro lucro computa? Solvent enim heae parvae lacrimae magnas lacrimas, quas, si agnovisses, cum risu praesentes<sup>281</sup> amplexareris<sup>282</sup> nec lacrimas, sed iocos putares, quas qui nunc non<sup>283</sup> amplectitur, maiores ei lacrimae parabuntur. Subducas igitur tibi lectorum mollitiem, convivorum<sup>284</sup> laetitiam, risuum atque voluptatum carnis exuberantiam, somni delectationem, vestium pretiositatem atque levitatem, verborum superfluitatem, sensuum<sup>285</sup> evagationem et cetera mille talia et opposita pro eis, tibi gratulanter assume. In asperitate et vilitate tui corporis curam gerendo, mortificando membra tua castigandoque et in servitutem redigendo, ut olim caelestium contemplator ille Paulus. Sicque hoc<sup>286</sup> usque ad tuam resolutionem continuando respondebis iudici tuo de fore<sup>287</sup> factis tuis, ut non habeat revindicare<sup>288</sup> iam iudicta. „Si, inquit Paulus, nos iudicaremus, non utique iudicaremur”<sup>289</sup> Praevenire enim iudicem iudicaturum expedit iudicando, ut legatione missa rogemus ea, quae pacis sunt, quia non possumus occurrere ei cum decem milibus, qui cum viginti milibus venit ad nos, prout in principio memoravi<sup>290</sup>

<sup>275</sup> est tibi: tibi est P.

<sup>276</sup> poenitentiae: om. P.

<sup>277</sup> sunt arma: bona T.

<sup>278</sup> afflictiva: afflicta P.

<sup>279</sup> Ps 41, 4.

<sup>280</sup> Ps 6, 7.

<sup>281</sup> praesentes: in marg.scr. T.

<sup>282</sup> amplexareris; amplexaris P.

<sup>283</sup> non: suprascr. T.

<sup>284</sup> convivorum: conviviorum P.

<sup>285</sup> post sensuum: add. etiam P.

<sup>286</sup> hoc: huc P.

<sup>287</sup> fore: om. T.

<sup>288</sup> revindicare: reiudicare P.

<sup>289</sup> 1 Cor 11, 31; iudicaremus: iudicabimus P.

<sup>290</sup> post memoravi: add. etc. cod.

< Capitulum quartum >  
DE ORNATU SPONSAE

Nunc vero de ornatu tuo, o, anima, Christi sponsa, postquam depurata a sordibus contractis fueris, deligenter est transeundum<sup>291</sup> compositionique ac decoris pulchritudini, quae tanto regi decentissima existit, studiosius prosequandum. Non enim ignoratur ab omnibus, quod sponsae imperatoribus, regibus et principibus nupturae ante copulam studiosissime [T.-198v] custodiuntur, nutriuntur, foveantur, instruuntur in omni operatione, quomodo incedere loqui sedere se ornare et componere debent cum principibus fuerint praesentandae. Unde quanta, o<sup>292</sup>, diligentia saecularis urbanitas adhibet circa tales vix excogitari potest multo consilio et grandi deliberatione, aliquando brevi tempore victuri simul et commansuri in caducis istis et<sup>293</sup> momentaneis voluptatibus, nobilitatibus et dignitatibus, divitiis quoque<sup>294</sup> Qualis est, rogo, comparatio, immo nec comparatione digna anima, nuptura Dei filio immortalis et sponsa mortalis, aequae sponsa mortali. A loco ergo minori assume tibi argumentum, si mortales tam accuratam et exquisitam exigunt mutuam complacentiam. Quid merito exigit sponsus super filios hominum, immo super milia angelorum speciosus<sup>295</sup>; et qua temeritate praesumit<sup>296</sup> anima paupercula aspirare ad osculum regis aeterni eidem desponsanda nisi diutissime ante ac decentissime exulta, cum crimen laesae maiestatis censetur<sup>297</sup> rea mortalis sponsa, si minus decenter se gereret in praesentia principis mortalis<sup>298</sup>, cui nuptura esset. O, quanta humilitate, timore, reverentia, tremore, obsequendi promptitudine gratissimaeque complacendi voluntate atque plenissimo affectu se totam offert, suam voluntatem sepeliens in sponsi voluntate sponsa mortalis principi copulanda. Et ut ita dicam se et sua omnia, et corpus, et animam resignans, ut amore digna esse possit sui sponsi praedilecti, ut dico, etiam<sup>299</sup> experientia probat. O, felix<sup>300</sup> anima, Christi

<sup>291</sup> transeundum: intendendum P.

<sup>292</sup> Unde quanta, o: o quanta P.

<sup>293</sup> et: aut P.

<sup>294</sup> quoque: divitiisque P.

<sup>295</sup> ab si mortales usque ad speciosus: om. T.

<sup>296</sup> post praesumit: add. anima P.

<sup>297</sup> censetur: censeretur P.

<sup>298</sup> mortalis: om. T.

<sup>299</sup> etiam: ita P.

sponsa, in praesenti et in futuro eidem copulanda hoc sentias, rogo, in te, quod et in illis, si non poteris excellentius, quamquam adhuc excellentius teneris et obligaris, quanto sponsus tuus omnibus mortalibus est praecelsior atque praestantior, studeas certe<sup>301</sup> necesse est<sup>302</sup> omni hora speculari, quid requirat a te dominus<sup>303</sup>, sponsus tuus, tam suavis, elegans atque sublimis, in quo amplius delectetur, gratuletur et<sup>304</sup> iucundetur; quo modo loculum cordis tui respergere et cum quibus odorientis unguentis atque floribus rosarum atque liliorum dealbatorum debeas, in quo tecum dulciter repausaturus est commansurusque<sup>305</sup> tibi, ne a te recedat. Sunt enim deliciae suae esse cum filiis hominum, quippe quia si se<sup>306</sup> transfert in animas [T.-199r] sanctorum. Felix ille locus ita<sup>307</sup> floribus, in quo gratissimis amplexibus tantus sponsus se<sup>308</sup> cum sponsa sibi ipsis mutua coniuncant oscula unumque efficiuntur in Spiritus Sancti unitate, ubi est idem velle et idem nolle colloquiaque suavissima inter se miscent, a se invicem<sup>309</sup> divortari recusant dicentes: „Dilectus meus mihi<sup>310</sup> et ego illi<sup>311</sup>”, „talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus<sup>312</sup>”. Et speciosissimus ille sponsus de contubernio suae sponsae obdulcatus<sup>313</sup> atque eidem incorporatus dicat: „Adiuro vos, filiae Jerusalem, neque suscitatis, neque<sup>314</sup> evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit<sup>315</sup>”, ut non evagetur ad creaturarum specularanda vestigia in eis me quaerendo, cum me immediate secum habeat in cubiculo cordis sui recubentem. Rivulorum enim fluenta non quaerit, qui fontis puritate inebriatur. „Saciatur enim ab ubertate domus Dei atque torrente voluptatis uberrime potatur<sup>316</sup>”. „Repletur

<sup>300</sup> ante felix: add. tu P.

<sup>301</sup> certe: om. P.

<sup>302</sup> est: om. P.

<sup>303</sup> dominus: om. P.

<sup>304</sup> et: om. P.

<sup>305</sup> commansurusque: commansurus T.

<sup>306</sup> se: suprascr. P.

<sup>307</sup> ita: atque P.

<sup>308</sup> se: scr. ante tantus P.

<sup>309</sup> invicem: invicemque P.

<sup>310</sup> ab mihi et usque ad dilectus meus: etc T.

<sup>311</sup> Cant 2, 16.

<sup>312</sup> Cant 5, 16.

<sup>313</sup> obdulcatus: obdulcoratus P.

<sup>314</sup> neque: ne P.

<sup>315</sup> Cant 2, 7; 3, 5; 8, 4.

<sup>316</sup> Ps 35, 9.

quippe in bonis desiderium eius<sup>317</sup>, ut dicat, „proposui pro luce habere illum<sup>318</sup> „et venerunt mihi omnia bona pariter cum illo<sup>319</sup>, „intrans in domum meam<sup>320</sup>, conquiescam cum illo. Non enim habet amaritudinem conversatio illius, neque taedium convictus eius, sed laetitiam atque gaudium<sup>321</sup>. „Habeo<sup>322</sup> propter hunc claritatem ad<sup>323</sup> turbas et honorem ad seniores<sup>324</sup>

Nonne, o anima mea, haec te, commemorante liquescit? In te cor<sup>325</sup> tuum et ignis exardescit, in hac similique<sup>326</sup> sacra<sup>327</sup> meditatione te<sup>328</sup> recensente elegantiam ac suavissimam cohabitationem huius sponsi praeclarissimi, et si sola memoria tantum ignem accendit, quid erit cum praesentia eius fuerit tibi<sup>329</sup> allata et copia amplexandi<sup>330</sup> deosculandique et colloquendi ac commorandi tibi fuerit collata. Nec dubites de tam grandi promissione, quando effectus sequetur solum decori et compositioni tuae insistas. Diligenter enim promisit<sup>331</sup> per fidelem suum discipulum, qui<sup>332</sup> in caena super pectus eius recubuit et ipse tunc potatus, de fonte illo<sup>333</sup> limpidissimo ipso influente dicebat: „Ecce ego sto ad ostium, et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum et coenabo cum illo, et ipse mecum<sup>334</sup> Ecce verbum fidele et omni acceptione dignum. Haec praemisi, ut te ad dilecti tui sponsi amo[T. 199v]rem incitarem, eius speciositate delectata et ne durum tibi videatur quidquid pro illius contubernio quantumcumque asperum contigerit persuaderi. Qui enim nucleum cupit, frangat nucem; neque etiam mortalibus quidquid pretiosum advenit nisi cum labore. Vincit enim

<sup>317</sup> Ps 102, 5.

<sup>318</sup> Sap 7, 10.

<sup>319</sup> Sap 7, 11.

<sup>320</sup> meam: meum P.

<sup>321</sup> Sap 8, 16.

<sup>322</sup> Habeo: corr. Habebo cod.; habebo P.

<sup>323</sup> ad: apud P., sed corr.m.pr. ad.

<sup>324</sup> Sap 8, 10.

<sup>325</sup> post cor: exp.m.pr. meum P.

<sup>326</sup> similique: et simili P.

<sup>327</sup> sacra: om. T.

<sup>328</sup> te: et P.

<sup>329</sup> fuerit tibi: tibi fuerit P.

<sup>330</sup> amplexandi: amplexanda P.

<sup>331</sup> Diligenter enim promisit: Diligenter promisit enim P.

<sup>332</sup> post qui: add. et P.

<sup>333</sup> fonte illo: eius fonte P.

<sup>334</sup> Apoc 3, 20.

improbis labor<sup>335</sup>, id est vehemens amor, omnia adversa. Spes insuper lucri negotiatoribus, omnia asperrima sentire non sinit.

Si igitur ornare ex corde te<sup>336</sup> desideras, ut ad cupitos, iucundos amplexus pervenire valeas, primitus in lege eiusdem die ac nocte meditari non graveris. Haec enim lex voluntatem eius sibi<sup>337</sup> plenissime demonstrabit, ut non ab aliquo magistro doceri habeas<sup>338</sup>, quae sit voluntas Dei boni placens et perfecta. Hanc enim legem ipse sponsus tuus omnibus diligere<sup>339</sup> se cupientibus tradidit, quasi speculum, in quo speculantur<sup>340</sup>, quantum proficiant<sup>341</sup>, vel deficiant<sup>342</sup> quid maculae, quid decoris in se contineant. Quam legem, si intente ruminaveris ex ipsius lectione et meditatione, obdulcabitur cor tuum et sentias<sup>343</sup> quasdam scintillas inflammativas? In dextera enim eius ignea lex, quae scintillae frigus, teporem et ignaviam tuam expellent<sup>344</sup>, calefacientes intriora penetralia tua et ignorantiam depellentes. „Scrutamini, inquit, Scripturas”<sup>345</sup>; et alibi: „Habent, inquit, Moysen et prophetas; audiant illos”<sup>346</sup> Clamat quidam amicus sponsi: „Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! Super mel ori meo”<sup>347</sup> Scribas igitur<sup>348</sup> tibi Deuteronomium legis, scilicet Dei praecepta et consilia, ut semper ad manum habeas portabisque ea in corde tuo inobliviscibiliter memorando: „Beati, inquit, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud”<sup>349</sup>

Taliaque tibi memoranda et meditanda consigno, quae intellectum illuminent, affectum<sup>350</sup> inflament<sup>351</sup> saporemque<sup>352</sup> dulcem post se

<sup>335</sup> labor: suprascr. T.; om. P.

<sup>336</sup> te: post igitur scr. P.

<sup>337</sup> sibi: tibi P.

<sup>338</sup> habeas: corr.m.pr. habes T.

<sup>339</sup> ante diligere: exp.m.pr. diligenter T.

<sup>340</sup> speculantur: se speculentur P.

<sup>341</sup> proficiant: proficiunt P.

<sup>342</sup> vel deficiant: quantum deficiant P.

<sup>343</sup> sentias: senties P.

<sup>344</sup> expellent: expellunt P.

<sup>345</sup> Ioan 5, 39.

<sup>346</sup> Lc 16, 29.

<sup>347</sup> Ps 118, 103

<sup>348</sup> igitur: igiturque P.

<sup>349</sup> Lc 11, 28.

<sup>350</sup> ante affectum: add. et P.

<sup>351</sup> illuminent, affectum inflament: illuminant, affectum inflammant P.

<sup>352</sup> saporemque: quae saporem P.

relinquant<sup>353</sup> et mentem tuam in seipsam retorquent ac<sup>354</sup> in admirationem Creatoris, in benevolentiam benignitatis eius alliciant<sup>355</sup> ac<sup>356</sup> per hoc te ad amorem eius<sup>357</sup> accedant<sup>358</sup> Et ut hoc expeditius prosequi valeas, duo tibi inter cetera video necessaria: Primo, omnem<sup>359</sup> inquietudinem<sup>360</sup> et quidquid so [T.-200r] licitudinem inducit et<sup>361</sup> aut post se trahit, summe devitare studeas. Neque enim te<sup>362</sup> claudicare volo in duas partes. Nullam enim perfecte adipisci vales, si ambas amplecti cupieris, cum nemo duobus dominis potest<sup>363</sup> servire. Irretitum enim animum inquietudinibus et sollicitudinibus forensibus non credimus illo caelesti nectare posse debriari. Acutis enim<sup>364</sup> mundanis gravari Salvatoris sententia suos<sup>365</sup> discipulos dehortatur. Unde silentium et quies tibi semper in desiderio sint<sup>366</sup> pro posse tuo.

Secundum<sup>367</sup> necessarium reputo inimicitias inter te et mulierem, sicut olim inter serpentem et Evam. Mulierem voco carnem tuam cum passionibus eius, quae tibi semper insidiatur trahitque, quantum in ea est a tuo proposito, quam si<sup>368</sup> refrenaberis, frustrabitur omnis conatus tuus, quo proficere intendis in amore sponsi tui. Contraria enim sponso tuo petit, cui quidem necessario vinculo alligata es eique obligata es, ut tributum ei solvas suum<sup>369</sup>, quod ei iure naturae debetur, ne sub fasce ruens ante adeptum finem deficiant. Sed caute tibi providendum, ne servum delicate nutriendum, postea eum sentias contumacem. Unde stricti iuris leges eidem serva et semper minus quam poscit, quia in paucis natura contentatur dumque in cursu est necessaria, petendum numquam, dicit sufficit, postea vero non appetit. Inflammatur enim voracitate, dum offertur materia; ipsa

<sup>353</sup> relinquant: relinquent P.

<sup>354</sup> ac: et P.

<sup>355</sup> alliciant: alliciunt P.

<sup>356</sup> ac: et P.

<sup>357</sup> eius: ipsius P.

<sup>358</sup> accedant: accedunt P.

<sup>359</sup> omnem: exp.m.pr. oportet et subscr. omnem T.

<sup>360</sup> post inquietudinem: exp.m.pr. te esse T.

<sup>361</sup> et: om. T.

<sup>362</sup> te: suprascr. T.

<sup>363</sup> potest: valet P.

<sup>364</sup> enim: etiam P.

<sup>365</sup> suos: sanctos P.

<sup>366</sup> in desiderio sint: sint in desiderio P.

<sup>367</sup> post Secundum: add. tibi P.

<sup>368</sup> si: nisi P.

<sup>369</sup> ei solves suum: suum solves P.



vero ablata sanatur pariter et se sariatam pronunciat. Clamat omnis scriptura: Carnalia in te desideria occide, „abstinetes a carnalibus desiderijs, quae militant adversus animam”<sup>370</sup>

His duobus caute attentis, iam tibi secure progrediendum est in ortum sacrae scripturae, ut in lege Dei mediteris colligasque tibi quidquid desiderat anima tua, sicut in cella apothecaria: ibi lilia dealbata castitatis, ibi rosae rubescentes caritatis, ibi violae in valle humilitatis, ibi odor suavissimus unguentorum redolentium, ibi pigmenta fragrantissima pietatis et compassionis, quibus tu afflues viscera tua aliis, commutanda uberibus, consolationis alios recreando; ibi turis odor delicatissimus in turibulis aureis, quibus [T.-200v] ignis divini amoris incenditur, scilicet orationum ferventium super infusis lacrimis exuberantia, quarum odore sponsus tuus miro modo delectantur, ut olim in sacrificijs Deo oblatis, Christo multo amplius, cum unum per aliud praefigurabatur; ibi taedium et fastidium omne pellitur, ibi redundantia gaudiorum, quibus animae gaudium in corporis membra se diffundit; ibi limpidissime omnis facies mentis in sui devenit cognitionem et pulsus tenebris clara luce se quilibet speculatur; ibi mens ad superiora tollitur, a caducis abstrahitur et facies Dei nunc in imagine, quamquam possibile est, intuetur. Ille enim est, qui recipit omnem animam desiderio, secundum sanctum Augustinum, <libro> secundo De Trinitate: „Tanto, inquit, ardentiores, quanto mundiores et tanto mundiores, quanto ad spiritualia resurgentem, tanto ad spiritualia resurgentem, quanto a carnalibus morientem”<sup>371</sup> In quo dicto Augustini gradus tui decoris agnoscere debes. Sicque venustam facie et pulchrum aspectu, te sponsus tuus, sicut olim Iacob Rachelem amplexari desiderabat. Minime ergo te repudiabit sic suis rebus intentam et conatu toto sibi placere cupientem, qui olim te in sordibus voluntatem non deseruit, licet merito iusteque debuiset ac potuisset. Sed te se fugientem, contemnentem, offendentem, veluti mater dulcissima phreneticam filiam prosecuta fuit, custodiens, praeveniens, beneficia tibi cumulans in spe tuae conversionis, nisi forte putandum est fallere illam propheticam veridicamque omni veneratione dignam sententiam: „Bonus est Dominus omnibus sperantibus in se, animae quaerenti illum”<sup>372</sup> Quod si in te reppererit sponsus tuus hilarem tibi suam faciem, non negabit continereque se non valens ruet in amplexum tui, dicens et cetera: „Veni electa mea”<sup>373</sup>, „et ponam in te

<sup>370</sup> Cfr 1 Petr 2, 11.

<sup>371</sup> Augustinus, De Trinitate, Liber II, Caput 17, 28.

<sup>372</sup> Thre 3, 25.

<sup>373</sup> Cant 7, 11.

thronum meum”<sup>374</sup> Quid dulcius hac voce, haec quippe vox prae omnibus amabilis, dulcis et tota desiderabilis, qua habita non aliud requiras. Excedit quippe omne aliud, quod desiderari valet. Alia enim omnia fucata quadam et sordida dulcedine respersa sunt in momento evanescentiae. Sensuum quippe exteriorum et interiorum sunt solum irritamenta, nullum fructum post se relinquentia, transeunt enim sicut fumus et habita in fastidium vertuntur, quae nondum habentur, in desiderio sunt plurisque aestimantur, quam in se continent experientia edocente, sive sint carnis deliciae voluptates venereorum, sive caducae duritiae aut florentiae et velociter deciduae huius perituri saeculi dignitates. Finis enim probat, quod oscula eorum plena sunt veneno pestifero scorpionis, ore dulciter osculatur, sed per caudam venenum infundit. Ideo exitu probanda sunt non blando occurso, sed, pro dolor, paucorum est tanta acies in speculatione, ut discernere valeant inter principia atque fines, quam attentam considerationem tuis oculis semper cupio esse praesentem. Voloque te et cupio non per frondes et folia ambulare, sed aciem considerationis ad radicem arboris figere. Nolo te speculationibus mundialium rerum inservire, ut theorematibus Euclidis, mathematicis conclusionibus, in quibus nec bonum, nec finem invenies; tabularibus calculationibus Alfonsi<sup>375</sup> de eclipsibus motibus et ceteris epiciculis<sup>376</sup>, mediis motibus aut veris solis et lunae, aut aliorum planetarum cursuque siderum et motu sphaerarum ceterisque mille scientiis, artibus sophisticis, naturalibus metaphysicalibus, sermocinalibus<sup>377</sup> fallaciis, elencticis demonstrationibus<sup>378</sup> syllogisticis. Haec<sup>379</sup> enim omnia de Creaturis, qui circa eas pedem figunt, parum aut nihil de creatore tractant. Cognitio enim creaturarum relicto earum Creatore, mentem magis inficit quam reficit. Neque enim talium aliquid repperimus Salvatorem in corpore evangelistarum aut apostolos eius, aut fundatores veteris aut novi testamenti docuisse. Sed ad fundamentum omnium illorum et causale praesentium Deum, scilicet nos transmisisse: „Diliges, inquit, Dominum, Deum tuum ex toto corde”<sup>380</sup> ect.. Et: „Initium sapientiae timor

<sup>374</sup> Ier 43, 10.

<sup>375</sup> Cfr Alphonsus rex Castilliae, Tabulae astronomicae, r.g. Venetiis 1483, GW 1257.

<sup>376</sup> motibus et ceteris epiciculis: ecentricis epiciculis P.

<sup>377</sup> sermocinalibus: sermocinalibusve P.

<sup>378</sup> demonstrationibus: demonstrationibusque P.

<sup>379</sup> post Haec: add. enim P.

<sup>380</sup> Deut 6, 5; Mt 22, 37; Mc 12, 30; Lc 10, 27.

Domini”<sup>381</sup> „Finem, inquit Salomon, omnes audiamus, Deum time et mandata eius serva<sup>382</sup>, hoc est omnis homo”<sup>383</sup>, id est ad hoc ordinatur<sup>384</sup> omnis homo. „Fili, inquit, nil aliud requiras”<sup>385</sup>

[T.-201v] Ecce finalis omnium mundanarum evagationum conclusio. Haec non diserta sunt, sed fortia, non philosophico nectare superficie tenemus dulcorata, sed fundamentali veritate solidata, non aures demulcent stemmate rhetoricali decorata, sed mentem concutiunt et contremiscere faciunt pavoris stimulo exagitatam<sup>386</sup> Ubi enim de poenis formidabilibus et extremis agitur, cautius consulendum est. Cessat enim omnis philosophia, cum comminatio poenarum praesentatur ac hilaescit omnis facies, cum fons deliciarum perpetuarum promittitur. Haec inquam tibi, o, anima mea, Dei sponsa, modo proponuntur, sicut placet aut ad<sup>387</sup> poenas, aut ad praemia manus extendas.

### < Capitulum quintum >

#### ANIMA SUMPTA FIDUCIA RESPONDET

David sanctus, in spiritu secum loquente, mente exhilaratus, prae spirituali iucunditate se cohibere non valens, olim talem prorupit invocationem<sup>388</sup>: „Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi”<sup>389</sup> Unde vero haec laetitia orginaliter processit subiungit dicens: „In domum Domini ibimus”<sup>390</sup> Revera nihil excellentius eidem valuit materiam praebere gaudiorum, quam ingressus in domo Domini, ubi plena societas omnium, quae possunt desiderari. Et ille quidem de suis sceleribus paenitentia iam peracta aut saltem in vita<sup>391</sup> innocenti haec iucundanda verba protulit. Ego vero, misera et miserabilis nulla vel parva poenitentia interveniente post tot

<sup>381</sup> Eccli 12, 12; Ps 110, 10.

<sup>382</sup> serva: observa P.

<sup>383</sup> Eccli 12, 13.

<sup>384</sup> ordinatur: ornatur T.

<sup>385</sup> Eccli 12, 12.

<sup>386</sup> exagitam: exagita P.

<sup>387</sup> ad: om. P.

<sup>388</sup> invocationem: corr. invocem T.; P.

<sup>389</sup> Ps 121, 1.

<sup>390</sup> Ps 121, 1.

<sup>391</sup> vita: vitam P.

tantiumque facinorum congeriem meticoloso, tamen fidenti corde id<sup>392</sup> ipsum recepto tuis<sup>393</sup> verbis tamquam divinis animata, licet multitudo delictorum meorum<sup>394</sup> reclamat, ut olim illi caeco secus viam sedenti turba praecedens, reprehendendo clamabat, ut taceret. Ille vero multo magis clamabat: „Iesu, miserere mei!”<sup>395</sup> Et ego tacta dolore cordis et avida salutis, surda aure turbam perstreptentium cogitationem pertransibo. Similiter cum caeco clamabo: „Iesu, fili David, miserere mei!”<sup>396</sup> O, Iesu benignissime, nunc primo lux bonitatis tuae<sup>397</sup>, radios suos mihi infulsit, ut quasi per rimulam parvam incipio te et tua viscera pietatis cognoscere<sup>398</sup> Quippe, qui tanto tempore te fugientem, immo tibi contradicentem, patienter dignatus es tollerare, quem iustitia exigente dudum in gehennam ignis demergere potuisti, etiam post primum peccatum a me commissum, immo semper peccata [T.-202r] peccatis cummulantem. Sed nedum sustinuisti peccatorem, sed et benefeciis pluribus mihi nunc recognitis<sup>399</sup> praevenisti et prosecutus fuisti. Ignorabam enim tunc benefactorem tutorem et Dominum meum, a quo mihi tanta<sup>400</sup> erant collata et ego frenesi comprehensus, latravi contra te, irridens te<sup>401</sup> et abiciens te post tergum meum. Quomodo ergo nunc, o, optime Iesu, audeo oculos meos erigere ad te, ad deprecandum faciem tuam, quam ego totiens offendi? Nonne<sup>402</sup> iuste mihi dicere posses: Vade et sequaris amatores tuos, quos tibi dudum elegisti, cum quibus florem iuventutis tuae attrivisti, et vide<sup>403</sup>: quid tibi ex omnibus desiderabilibus contulerunt, quem fructum ex eis reportasti? Clamavi post tergum tuum sequens<sup>404</sup> te<sup>405</sup>, revertere, perversa est via tua, ventos pascis acrem verberas, telas aranearum tewis te eviscerando, quod quaeris, non invenies, quia in his beatitudinem te reperire existimas nec

<sup>392</sup> id: om. T.

<sup>393</sup> tuis: om. T.

<sup>394</sup> delictorum meorum: meorum delictorum P.

<sup>395</sup> Mc 10, 47.

<sup>396</sup> Mc 10, 47.

<sup>397</sup> post tuae: add. mihi P.

<sup>398</sup> cognoscere: agnoscere P.

<sup>399</sup> recognitis: cognitis P.

<sup>400</sup> mihi tanta: tanta mihi P.

<sup>401</sup> irridens te: om. T.

<sup>402</sup> Nonne: nam P.

<sup>403</sup> et vide: vide P.

<sup>404</sup> post sequens: exp.m.pr. profecto T.

<sup>405</sup> sequens te: te sequens P.

apprehendis. Ecce iam<sup>406</sup> tibi testis es, quia frustra laborasti, in vacuum cucurristi. Ecce deserunt te fallentes te, iam irrisores tui facti sunt, qui tibi oscula blanda praebuerunt. Ita, bone Iesu, sicut dicis: Verum est me solam relinquerunt nudam, omnibus bonis spoliaverunt me<sup>407</sup>, vulnerantes insuper me „abierunt vix semivivo relicto”<sup>408</sup> Quo ergo fugiam nisi ad te, piissimum Samaritanum, a quo ego longe disiunctus, tu vero semper propinquus fuisti mihi, oleum et vinum infundeas<sup>409</sup> vulneribus<sup>410</sup> sauciatae animae. Nisi enim tu adiuveris me, habitabit proculdubio in inferno anima mea, id est ego ipsa. Neque enim aliud nomen datum est sub caelo hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, nisi in te, Domine, suavissime Iesu. Quid ergo expedit mihi, nisi quod procidam ad pedes Domini mei cum peccatrice illa Maria Magdalena, etsi in facie non praesumam accedere, sicut nec illa retro, tamen secus pedes prorua nil dicens, sed<sup>411</sup> osculans rigansque lacrimis pedes eius, sperans, ut et mihi benignissimus Iesus dicat: „Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum”<sup>412</sup>. Et si etiam calcibus repellat me, nihilominus tamen revertar cum Syrofonissa [T.-202v] illa, quae canis nomine appellata est et bis repulsam ter passa, tamen copiosam veniam consecuta est, dicente ei Christo: „O, mulier, magna est fides tua; fiat tibi sicut petisti”<sup>413</sup> Tibi enim proprium est misereri semper<sup>414</sup> et parcere, quod a te separabile esse, dicere non aliud est, quam tibi blasphemiam inferre et nisi nos miseri essemus perfecto, tua misericordia locum non haberet. Quae autem utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem. Numquid enim confitebitur tibi pulvis aut annuntiabit veritatem tuam? Et quidem scio, si totus orbis periret, quis tibi imputabit? Nullius enim es<sup>415</sup> debitor, neque<sup>416</sup> aliquis tibi dicere potest, cur ita facis. Etsi ad ostendendam potentiam tuam et iustitiam me atque omnes posses a gratia tua alienare, et in abyssum demergere propter<sup>417</sup> demeritorum nostrorum, exigentiam iustam atque condignam, tamen iuxta

<sup>406</sup> post iam: add. tu T.

<sup>407</sup> post me: add. et P.

<sup>408</sup> Lc 10, 30

<sup>409</sup> infundes: infudes P.

<sup>410</sup> ante vulneribus: add. in P.

<sup>411</sup> nil dicens, sed: om. T.

<sup>412</sup> Lc 7, 47

<sup>413</sup> Mt 15, 28.

<sup>414</sup> semper: om. T.

<sup>415</sup> es: om. T.

<sup>416</sup> post neque: add. enim P.

<sup>417</sup> propter: ob P.

tuam tuorumque prophetarum fidelium, promissionem ad te reverentibus<sup>418</sup>, in toto corde suo misericordiam et veniam pollicitus es, cui pollicitationi<sup>419</sup> misera ego confidens obsecro per viscera ineffabilia tuae pietatis<sup>420</sup>, quatenus<sup>421</sup> et ego eam in me sentiam cum effectu, per eam delendos meorum facinorum fasciculos deprimentes. Tibi enim soli competit medicinam praestare aegrotis, cui vulnera mea letalia sananda per te offero, ut unguentum tuae Sacratissimae Passionis, id est sanguis pretiosus sit curatissimum morborum meorum. Ego enim tuo adiutorio dulcissimo confisus, spondeo plenam emendam a recidivo cavere volens, proposse meo tua gratia mediante. Sufficit enim et plus quam sufficit praeteritum tempus consumasse<sup>422</sup> iniquitatibus nec adiciam ultra. Unde auferam a me in antea lectorum mollitiem, ciborum delicias, vestimentorum splendorem, oculorum, aurium et tactus, et linguae<sup>423</sup> blandimenta, quae mihi semper erant irritamenta et retinacula peccatorum, sociorum sociarumque suspectas et insidiantes conversationes ceterorumque omnium et singulorum furtiva et nociva consortia, convertamque me ad interioris mei hominis compositionem<sup>424</sup> ac decorem renovandum, nec ulterius serviam tortoribus crudelibus, quibus hactenus servivi, qui neque diebus, neque noctibus requiem mihi praesciterunt. Nunc in ignem iracundiae, nunc<sup>425</sup> impati [T.-203r] entiae, nunc in aquam mollitiae et voluptatis me praecipitantes, ut olim illum daemonicum occidere mollicientes, quos<sup>426</sup> ego quasi captivus sequebar, arbitrans ipsos me diligere, sed nunc comperio ipsos hostes mihi fuisse immanissimos, te vero Salvatorem meum putavi inimicum et ideo te et monita tua semper aspernabar, quia tunc non<sup>427</sup> obdulcasti<sup>428</sup> mihi. Iam vero recogito omnes annos pristinos in amaritudine animae meae, et quae tunc dulcia videbantur, nunc praeangustia mihi amarescunt, etsi guttae maris essent in oculis meis et eas effundere valerem, non viderentur mihi posse sufficere ad iram Dei placandam, quod pro malis bona mihi tantus benefactor refudit

<sup>418</sup> reverentibus: reverentes T.

<sup>419</sup> pollicitationi: pollicitatione T.

<sup>420</sup> tuae pietatis: pietatis tuae P.

<sup>421</sup> quatenus: quantus P.

<sup>422</sup> post consumasse: add. in P.

<sup>423</sup> et tactus, et linguae: linque et tactus P.

<sup>424</sup> ad interioris mei hominis compositionem: ex marg.ins. T.

<sup>425</sup> nunc: om. P.

<sup>426</sup> quos: quo P.

<sup>427</sup> non: nondum P.

<sup>428</sup> obdulcasti: obdulcuisti P.

et ego illi tunc vice versa mala pro bonis semper restituebam. Etsi nil aequè possum reddere ad satisfaciendum, possum tamen me humiliare ad placandum. Meorum reatum humilis confessio divinae indignationis est mitigatio, iuxta propheticam enuntiationem: „Cor, inquit, contritum et humilitatum Deus non despicias”<sup>429</sup>

< Conclusio >

ORATIO FINALIS<sup>430</sup>

Dicam igitur: „Pater, peccavi<sup>431</sup> in caelum, et coram te”<sup>432</sup> impie egi, iniuste feci te derelinquens, te offendens; tu iustus, ego iniustus; tibi iustitia, mihi confusio faciei. Quod hactenus me conservasti ac mores perversos sustinuisti, ex tua pietate processit, parcens et dissimulans peccata mea punire propter poenitentiam, quam longanimitè expectasti, ut<sup>433</sup> saltem vel sero reverterer ad cor, postquam substantiam iuventutis meae consumpsi impudenter cum saeculi amatoribus et miserabiliter egere cepissem<sup>434</sup> usque ad siliquas porcorum, de quibus ventrem meum saturare cupiebam et nemo mihi dabat. Abi, quippe in regionem longinquam a te longius recedendo<sup>435</sup> non locorum spatium, sed morum dissimilitudine. Ideoque oro et obsecro: „Inclina, Deus meus, aurem tuam et audi; aperi oculos tuos, et vide dolorem cordis mei”<sup>436</sup> „Exaudi, Domine; placare, Domine; attende, et fac”<sup>437</sup> „Quae enim utilitas tua, si descendam in infernum; neque enim ibi te laudabunt aut confitebuntur omnes damnati”<sup>438</sup> Peto clementiam et misericordiam tuam, non iustitiam. Memento latronis illius impii vel sero te<sup>439</sup> confitentis. Memento peccatricis mulieris ad pedes tuos [T.-203v] cum lacrimis procumbentis. Memento Chananaeae pro filia sua te deprecantis. Memento Petri te negantis. Num unam tantum habes benedictionem, Pater? Absit hoc a te,

<sup>429</sup> Ps 50, 19.

<sup>430</sup> ante oratio: add. sequitur P.; sequitur oratio finalis: om. T.

<sup>431</sup> Pater, peccavi: Peccavi, Pater P.

<sup>432</sup> Lc 15, 18; 15, 21.

<sup>433</sup> ut: corr.m.pr. vel T.

<sup>434</sup> cepissem: cepi T.

<sup>435</sup> recedendo: recedens P.

<sup>436</sup> Dan 9, 18.

<sup>437</sup> Dan 9, 19.

<sup>438</sup> Cfr Ps 113, 17.

<sup>439</sup> vel sero te: te vel sero P.

qui abundare non cessas visceribus pietatis. Crevit enim tecum miseratio, quae te ad terras de sinu patris attraxit, etiam inimicos tuos adveniens redempturus et pro eis animam tuam positurus, ut ubi abundavit delictum, tua gratia super abundaret, quibus ego in facinoribus par exstiti. Oro igitur<sup>440</sup>, ut et ego aliquem loculum gratiae apud te inveniam, in ea<sup>441</sup> usque in finem vitae meae perseverem, te donante, te conservante, qui es via, veritas et vita, Iesu Christe, qui cum Patre et Spiritu Sancto unus es Deus benedictus. Amen<sup>442</sup>

---

<sup>440</sup> igitur: om. P.

<sup>441</sup> ea: eaque P.

<sup>442</sup> post Amen: add. Et sic est finis huius iterum quarto 1461. Iacobus T.; Fiat ita mihi Pater P.